AD ALTARE NONARII TERRIGENÆ ENCYCLOPÆDIAM

TEXEBAT

FORTVNIVS LICETVS

NCYCLCPÆDIA
AD ARAM MYSTICAM
IONARII
TERRIGENÆ
Anonymi vetuſtiſsimi.

RTVNIVS LICETVS GENVENSIS

In Patauinó Lyceo Philoſophus Ordinarius

S. D. N PP.

RBANO OCTAVO.



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b3076225x

S.
DNO
N.
P P.
Animarum
Sſmo Paſtori
Militátis Eccleſię
Soli Capiti Viſibili
DEI VICARIO
Orthodoxorũ Monarchæ
Inferni Cælique Clauigero
Tergemini Orbis Arbitro
VRBANO OCTAVO
Almo Diſciplinarum Propagatori
Sacerdotio Principatu Doctrina
Heroicis etiam ætatibus Triſmegiſto
Auguſtiſſimo veri Principis Exemplari
NESTOREOS ANNOS

P.

Fortunius Licetus.

BEatos illos in Empyreo Spiritus, qui naſcentis a Mundi primordijs clara ſummi Dei viſione fruuntur, Conditori ſuo laudes æternas muſicis concentibus alterne modulari, compertum quum haberent vetuſtiores (VRBANE VIII. Pontifex vere Maxime) præclare morem hunc Angelicum, velut e cælo deductum, olim excoluerunt in terris, quicumque ſanctimonia, virtute, ac doctrina ſuſpiciuntur. Vſitidis enim Terræ ª Princeps, innocentiæ ſimul ª Iob.

&c

& patientiæ rarum exemplar, hexametr
carmine dactylico, vt ait[b] Lilius, maxima
illas alternas vitæ ſuæ miſerias, & proſper
tates cum Diuinis Encomijs præclare deſcr
pſit. Moſes etiam, Artapano apud[c] Euſe
bium conteſtante, Muſæus a Græcis appel
latus, ac Orphei ſummi poetæ magiſter ſalu
tatus, radijs Diuini colloquij ſplendidus, pro
digiorum multitudine mirus, admirand
Rubri Maris diuiſione coniunctioneque ſer
uatis Iſraeliticis, & ſubmerſis Aegyptijs, car
men hexametrum cum exultatione cecini
Exercituum Domino. Fortis & manſu
etus[d] Trinomij filius, Vrſorum & Leo-
num diſcerptor, ſuperbi Gigantis percuſſor
& Saulis in regno ſucceſſor, ſecundum Co
Dei celebratus, Dauid inclytus, ab adoleſcen-
tia ſua Creatori ac Redemptori per totam vi-
tam præconia pſallere conſueuit. Salomon
item, Rex ſapientiæ titulo nobilis, paterni
curſus veſtigia ſecutus ſacras Parœmias iam-
bis trimetris alphabeto concluſit; & in amœ-
niſſimis hortis Engaddæ melleum melos
more dramatis habuit, quo nihil in Hebræo-
rum idiomate ſuauius inueniri, confitentur
vnanimes illius linguæ Doctores. Adnume-
ran-

[b] de hiſt. poet. dial. 2

[c] 9. de præp. euang. c. 4.

[d] Lyran. 2. Reg. c. 17.

randus his eſt Propheta magnus, ab iniquo Rege ſenex ſerra diſſectus Iſaias, qui natus & altus illuſtri genere, lacteam fundens eloquentiam, Diui Hieronymi teſtimonio carmina ſacra condidit, flore ſermonis alienigenis inimitabilia. Poſt eum *A*nathotites Ieremias heroico lamentabili querulis trimetris, flebilibusque ſapphicis artificioſe commiſtis, Threnos ante Simonidem compoſuit auditoris animum intime commouentes.

*T*erni quoque viri, qui pridem famoſæ Statuæ profano cultu neglecto, Babylonici Regis indignatione ſuccenſam in fornacē conjecti, medias inter flammas illæſi modulatiſſimum carmen vero Numini cecinerunt, merito coluntur. Nec ab his diſſident, ſummi [e] forte Sacerdotis, Zachariæ ſuauiloquentia metra. Eodem certe genere clauduntur Gloris illius in extrema vita Spiritu Sancto pleni Simeonis Cycnea mele. Sed paullo [f] prius in antiquæ nouæque Legis confinio, quin potius in apice Gratiæ conſtituta, ſuper choros *A*ngelorum exaltata Virgo Deipara, magniloquens illud Canticum e ſacro pectore ſpirauit in præpotentis Dei laudem, nulli non anteponendum. Chriſtianæ Fidei priſci

e Gloſſ. ad Luc. cap. 1

f Luc. c. 1.

Doctores Græci, Syneſij, Nazianzeni, Damaſceni, Clementes, Geometræ, Piſidæ, Margunij, Latinique ſeniores etiam Patres eamdem viam terentes, Diuina præconia verſibus mandare conſueuerunt. Ceterum plurimis quum ab hinc annis Diuinæ laudes antiquorum rhythmis, ob temporis iniuriam labe non carentibus, a Fidelium choro concinerentur; ſero tandem nobis illuxit alba dies, qua Chelim Dauidicam, diu tholo Templi ſuſpenſam, doctis manibus apprehendiſti (Beatiſſime Pater) diuque ſilentem ſacram Barbiton erudito pollice tractare nuper aggreſsus, non ſolum vetuſtiores hymnos, æui næuis notatos & ſcabros, ad purum elegantiæ nitorem reuocauiſti, & non μετὰ λέσβιον ᾠδὸν ex arte læuigauiſti; ſed etiam tuis dædaleis nectareisque numeris Eccleſiam Vniuerſalem, cui digne præſides, mirifice locupletauiſti; ea ſiquidem carmina, Paſtor omnium animorum, Diuino Gregi tuæ curæ commiſſo ceciniſti, quibus truculentas inferni feras abigis, & myſticas Oues rugientis ex ore Leonis eripis; dum miſeros nocētes, antiqui Serpentis fraude deceptos, melicis & Lyricis tuis modulis ad pœnitentiam

tiam admirabiliter allicis; & ex eorum cor-
dibus Tenebrarum Principem, culpæ cate-
nis incautos ad inferna trahentem, procul a-
bire compellis. Hæc omnia quum ego diu
mente recolerem; perſpicerémque Te (San-
ctiſſime Domine) plurimum ingenio polle-
re, Hebraicas litteras, Græcas, & Latinas
apprime callere; ac inter belli paciſque vir-
tutes, inter legum ſanctiones & iura, quibus
Vrbem & Orbem Eccleſiaſticum temperas;
interque Diuinæ Maieſtatis inſignia, qui-
bus humanam ſupra conditionem attolleris,
Muſarum etiam familiaritate delectari; non
indecorum exiſtimaui, ſymbolicam Aram
anonymi Scriptoris, in profunda vetuſta-
te ſub Enneadis Terrigenæ velamento deli-
teſcentis, artificio, difficultate, ac eruditio-
ne inter alia Veterum Technometra ſpecta-
bilem, Tibi multiſcio Pontifici conſecrare:
Poeticas item & Hiſtoricas ad eam commen-
tationes, Philoſophiæ meditationibus oppor-
tune conſperſas, quas obſeruante Plutar- *opus. de ſa nit. tuend.*
cho, multi non ineleganter ſecundas menſas
hominum litteratorum appellant, Tibi eru-
ditionum Principi dedicare: Hoc autem eo
confidentius efficio, quod & agnoui Porphy-

rium ſua Technopægnia *CONSTANTINO* Magno *I*mperatori, de Sancta Romana Sede tam bene merito, poeticum volumen comiter admittenti, reſcriptaque grata reſponſione laborioſos Poetę luſus collaudanti; non temere dicauiſſe. Et non ſum neſcius, ab Omnipotēti Deo, longe pluris animorū pietatem, quam ἀφιερωμάτων amplitudinem æſtimante, puſillas oblationes ingentibus Donarijs frequenter antepꝯni. Tenellam igitur hanc ingenij prolem, apud me proxima fętura natam, robuſtioribus antiqui poematis vlnis innixam, nunc ante pedes *T*uæ Sanctitatis reclinandam mitto; ea ſpe ductus, vt ab incomparabili tua benignitate ſereno vultu reſpiciatur: clementerque ſuſcepta ſubceſiuas tuas horas, quas perire non pateris, multiplicemque tuam eruditionem ſuis luſibus, & ingenua quadam garrulitate delectet. Quod ſi conſecutus fuero, vt hæc mea mollium ſtudiorum embammata, duriſſimo Nonarij cibo, Dipnoſophiſtarum animis ad guſtandum antiquitus propoſito, nunc denique circumfuſa, delicatiori ſanioriique ſublimis Iudicii Tui palato minime diſpliceant; Vniuerſo iam eruditorum Orbi

meam

meã Encyclopædiã placuiſſe contendã; quæ
otius Orbis non minus Litterarii quã Eccle-
iaſtici perpetuo Dictatori placere potuerit.
Deus optimus, vnus ille rerum Dominus,
cuius Tu nunc ſingularem vicem agis in Or
e Terrarum, Te Chriſtianorum pariter ac
ſtudioſorum Reipublicæ diu ſoſpitem ſer-
iet. Vale, ac Licetum Philoſophorum mi-
imum ne dedigneris *Tua* Benedictione de-
orare, atque fouere. Patauij. Calend. Maij.
M. DC XXX.

a Lucian. in Lexiph.
b Anonym in Ara
c P. op. Porphyr. in Panegyr. Conſtant.
d Plutarch. parall. 5.
e Homer. Iliad. 2. Strab. l. 12.
f Homer. Odyſſ. 6
Callim. hym Apoll.
Plutarch in Theſeo & de ſoler anim.
Ouid epiſt. ad cydip.
P. valerian. Hierogl. 7.
g P. O. Porphyr. in Paneg. conſtãt
h D. Laert. l. 3.
Scal. poet. cap. 102.
Martial. epigr. 1.
i Anonym. in Ara.
k Plutar. de ſanit. tuẽd.

Non me ſermone [a] miſero
Struxit Aram Doſiadas,
Non latens ſub [b] Enneade Terrigena
Tractabat Artem qui cũ cœli Neptibus,
Nec Vates audax redimens [c] exilium.
Inuſitato carmine,
Sed almæ myſta Palladis;
Nõ ex Anchuri Plinthis,
Non ex Alybæ glebulis,
Nec Dorcadũ e cornibus,
Sed [g] meritis e laudibus;
Non [h] Genitori Delio,
Non Lemnio Tripatori,
Nec ulli falſo Numini,
Sed optimo Pontifici
Vrbis VRBANO Prĩcipi
Orbiſque VRBANO Præſidi
Diuinæ Promo Prouidentiæ
Perſpicaci Condo Sapientiæ
Omnium Patri erudutionum
Virtutum & litterarum vindici
Incruentis litans Muſarum [k] bellarijs.

Ara Papæ Vrbano VIII.
Quam erexit & dedicauit
Fortunius Licetus.

Appre-

Aprobationes.

Ego Fr. Io. Paulus Sanſonius Art. ac ſacr. Theolog. Doct. & S. Inquiſit. Pat. Vic. General. quum inter hunc librum legendum Excellentiſs. Fortunij Liceti, Philoſoph. Ordinarij Profeſſoris in hoc Gymnaſio Patauino, cui titulus eſt *Encyclopędia* & c. nihil quod S. Rom. Eccleſiæ ſanctionibus, Principumque decretis, bonorumque morum integritati aduerſaretur, offenderim; quinimmo ſummo eum lepore parique doctrina refertum comperecerim; non modo prælo admittendum duxi, verumetiam vt omnes admiſſum comprobatumque cognoſcerent, propria manu atque nomine communiui.

Fr. Io. Paulus Sans. qui ſupra.

Faccio fede io infraſcritto che nel libro intitolato *Encyclopadia & c.* autore D. *Fortunio liceto & c.* non ho trouato coſa contra Prencipi, & boni coſtumi, lo giudico di ſtampa.

Excellentiſs. Senatus Veneti Secret. Auguſtinus Dulcius.

Noi Reformatori del ſtudio di Padoa

Hauendo hauuto fede dal R. P. Inq. che nel libro intitolato *Encyclopędia & c.* Autor D. *Fortunio Liceto*, non vi è coſa conta la S. Fede Catolica; & ſimilmente fede del circ. ſecr. del Senato Agoſtino Dolce, che in detto libro non vi è coſa contra Prencipi, & buoni coſtum, concedemo licenza di eſſer ſtampato in queſta Città, ò in altro luoco del Dominio noſtro, con conditione che non ſia venduto, ſe prima non ſarà preſentato vno nella libraria publica, giuſta la parte del Senato di 2. Xbre. 1622.

R. à 11. Xbre. 1630.

Nicolo Contarin Ref.

• • • • • • • • • •

Zaccaria Sagredo P. Ref.

Giulio Triuli Secr.

INDEX CAPITVM

Præmonitio ad Lectorem de Accentuum Neglectu. pag. 1.

Præfatio ſcopum Autoris, genus doctrinæ, & ſcribendi rationem aperiens. pag. 3.

Ara ſymbolica Nonarij Terrigenæ proponitur Græce, ac Latine. c. I.

Affertur prima Opinio Ioſephi Scaligeri, decernentis hoc Idyllio deſcribi Aram Corinthi, in qua nullæ victimæ immolabantur. c. II.

Expenditur allata Scaligeri ſententia, & Aræ noſtræ non aptari demonſtratur. Cap. III.

Secunda explicatio Claudij Salmaſij, ſtatuentis hoc eſſe ludicrum poematium in formam Aræ factum, & Muſis Gratijſque à Doſiadæ dedicatum. Cap. IV.

Salmaſij ſententia perpenditur, & aliqua in ea notantur, quæ ad Aræ declarationem minus facere, vel potius officere videntur. Cap. V.

Tertia verſio poematis Aræ a Sotero propoſita. Cap. VI.

Quarta verſio Aræ Oſiana genuina proponitur. Cap. VII.

Quinta verſio, & explicatio Cæſaris Vecchij. Cap. VIII.

Affertur opinio noſtra, qua cenſemus Autorem huius Aræ non eſſe Doſiadam, & hanc ſuam Aram ſymbolicam diſtinguere ab Altari quouis materiali; ac introducere hortantem ſtudioſos ad pangenda poemata. Cap. IX.

Peroratio totius operis. Cap. X. & poſtremum.

FORT. LICETI

PRÆMONITIO
AD LECTOREM

De Accentuum Neglectu.

QVum in operibus noſtris, hactenus inuulgatis, ab accentuum notis penitus abſtinere conſueuerimus; noſtrũ hunc morem fuere qui non admodũ probauerint eruditionum profeſſores: Quibus vt breuiter aliqua ex parte ſatisfacerem, ac inſtituti mei rationem aliquam rogatus afferrem; hæc pauca præmittere libuit in hoc opere: Nos Accentuum vſum libenter omiſimus, ac fere ſemper neglexi-mus, tum quia Latine ſcribentes, illos veluti Græcarum litterarum proprios, in Latinas dictiones transferendos non eſſe putauimus: tum quia vetuſtiorum Autorũ Latine ſcripta, ſeu commentaria librorũ, ſeu monumenta lapidum, ſine accentibus vbique legentes, antiquiorem hanc ortographiam non immutandam, ſed imitandam exiſtimauimus: tum demum quia vi-

A dentes

a lib. 1. c. 13 dentes [a] Quintilianum ipſum nonnisi pueris rudioribus vix accentuum apice notare litteras ambiguæ ſignificationis; Quintiliano videtur adſtipulare Platonicus ille b ſerm. 38. Maximus [b] Tyrius, quando diſputans vtrũ Dijs dicanda ſint ſigna, dicit pueros conſueuiſſe tenuibus quibuſdã notis, a Grammatiſtis expreſſis, ad ediſcendam artem, manu quodammodo perduci: Nos viris eruditioribus noſtra ſcribentes, quibus in propoſito nihil ambiguum eſſe cenſemus, de illorum litteratura longe melius ſentimus, quam vt eos indigere notis accentuũ ad vocum ſignificationes in data materia dignoſcendas, lęſo ipſorum iudicio, ſupponamus ac opinemur. Noſtram igitur conſuetudinem, ablegandi ſemper accentus e ſcriptis Latinis, iure merito retinebimus, inique ac immerito reprobabunt aliter opinantes.

FORTVNII LICETI

IN FIGVRATI CARMINIS

ENCYCLOPÆDIAM

PRÆFATIO

Scopum Autoris, genus doctrinæ, & ſcribendi rationem aperiens.

Tenebricoſa illa vetuſtiorum Poetarum carmina, non abre dudum a [a] *Rhabano mirabilia nuncupata, quæcumque in Aræ, Securis, Alarũ, Oui, Syringiſque figuram miro artificio formata, reconditorũ ſenſuũ varietate, contradicentiumque ſententiarum multiplicitate ſumme difficilia, Studioſorum animos a plurimis annis admodum cruciauerunt, nunc animus eſt peculiari volumine dilucidare. Sudarunt iam in hoc ſtadio nonnulli eruditione præſtantes; quorũ egregij conatus, hanc ſalebroſam ſemitam terentes ac emollientes, nobis in hoc opere præmittendi: quin & vlterius ad abditiſſimæ veritatis indaginem conuocandi ſunt in orbe diſciplinarum labores litteratorum omnium: ſi enim qui ſenio-*

[a] in Prolog. mirabilium. carmin.

rum poetarum ſcripta ſuſcipit interpretanda, eum non modo ad Ariſtophanis lucernam, ſed ad Cleanthis etiam oportet lucubrationes habuiſſe ſuas, vt admonebat poſt * *Marcum Varronem vir* [b] *eximius; nec ſolum adeunda ſunt illi Philoſophorum adyta, ſed vniuerſa plane voluenda eſt* Encyclopædia; *profecto quicumque priſcorum inter monumenta vatum, ea reſerare tentauerit, quæ ſymbolicam & ænigmaticam doctrinam habent in ſe reconditam; ipſi omnium generum ſtudia rimanda ſunt, ipſi eruditiones omnes introſpiciendæ, atque prorſus intimam in familiaritatem ſunt arceſſendæ. Quo factum eſt, vt dum ſola fabularum, & hiſtoriarum ſupellectili inſtructi viri præclari hæc ardua carmina declarare tentauerunt, tum ingenioſorum cupiditati non omnino ſatisfecerint; tum etiam nos ad ea vlterius elucidanda nunc excitauerint: nam optima, vt ait* [c] *ille, induſtriæ mater eſt rerum initijs immiſta difficultas. Nec ſane . Philoſophia, proindeque a nobis merito dixerit hoc eſſe ſtudium alienum, quicumque nouerit e. Marco* [d] *Tullio, Themiſtoclem habitum olim fuiſſe indoctiorem, quod aliquando lyram recuſaſſet præſertim quum hęc noſtra fuerint vnius æſtatis ſtudia Canicularia, & horarũ opera ſubceſiuarũ:*

* lib. 1. de ling. lat.
b A. Politia. miſcel. cap. 4
c. Iac. cauac. elog. anach. præf.
d 1. Tuſcula.

quo

quo tẽpore licuit a ſeuerioribus Muſis abſtinere, ac genio litterario parumper indulgere; ſiquidem Ariſtoteli e atque Muſæo, Carmen res eſt dulciſſima mortalibus: beneque ridendos cenſebat eos Cœlius f, qui a Philoſopho vitandos putant Poetas; quum præcipiendum fuerit potius, vt in poemate philoſopharemur; nam poeticis figmentis commiſta philoſophia tum lenem, tum gratam amabilemque efficit diſciplinam. Ac certe Philoſophum poetica decent, ſi non ad Paridis, ſed ad Achillis lyrã cantata conſiderãda ſuſcipiat; quod apud g Aelianũ olim nobis inſinuauit magnus Ariſtotelis alumnus Alexander; qui quum veniſſet Ilium, & omnia ſtudioſis oculis contemplaretur; quidam Troum accedens monſtrauit ei Lyram Paridis; at ille, maioris pluriſque, inquit, facerem hac Paridis, ſi mihi lyram Achillis poſſes oſtendere: Deſiderabat enim ſtrenui militis inſtrumentum videre, quo ille fortium virorum laudes ceciniſſet: Paridis vero Lyra quid cecinit aliud quam adulterijs accommodata carmina, & feminis captandis demulcendiſque magis conuenientia? ſed hæc a nobis explicanda ſeniorum metra tum antiquarum hiſtoriarũ nobilia monumenta, tũ artis poeticæ, Philoſophiæque noſtræ ſecretiora documenta, ingenuo & philoſopho viro digniſ-

e 8. polit. cap. 5.

f 7. ant lect. c. 3.

g 9. var. hiſt. c 38.

digniſſima complectuntur, adeoque noſtris contemplationibus aptiſſima proponuntur: Non enim audiendi, qui ſtudijs hiſce clamant abſumi tempus importune, quod primarijs doctrinis impendendum eſt; his enim ſi adhibeamus modum, tantum abeſt vt fatigent animum, vt etiam alacriorem te reddant ad exquiſitiores contemplationes. Arduũ certe nos opus aggredimur, ſed fortaſſe licebit, ſuperno aſpirãte Numine in hoc Mineruæ ſtadio metam veritatis propius attingere. Tu ſymbolicarum abditiſſimarumque viſionum ſpectator & comprehenſor, Deo coniunctiſſime Euangeliſta Ioannes, *qui mirabilia Diuinorũ myſteria ſub artificioſiſſimis ſenſibilium figuris in Inſula Pathmo, reuelante Domino, apprehendere, ac fidelibus aptiſſime deſcribere potuiſti; benignus impetra mihi deſurſum a Patre luminũ eam vim ingenij, qua vetuſtiorum hæc figurata carmina, tam humanæ menti tenebricoſa, quam corporeo viſui ſub variarum rerum ſenſibilium imaginibus ſpecioſa, penitius introſpicere, ac in litterario mundo ſtudioſis explicare valeam Rem igitur felicibus his auſpicijs aggrediamur*

FOR-

FORTVNII LICETI AD ARAM NONARII TERRIGENÆ ENCYCLOPÆDIA:

In qua pleraque Priſcorum obſcuriora monumenta declarantur.

Ara ſymbolica Nonarij Terrigenæ proponitur Græce, ac Latine. Cap. I.

Aenigmatica vetuſtiorum Poematia, rerum qua naturalium, qua artificioſarum figuras primo Lectoris aſpectui præſeferentia, peculiari volumine nunc explicaturus; [a] Platonis admonitione perſuaſus, in omni contemplatione a Diuinis exordiendum eſſe; non niſi ab Altaribus, vt pote a ſacris, & Numini dicatis, primordium tractationis ſumere debui. Quoniam vero tres huiuſmodi circũferuntur Aræ; prima ſine Autoris nomine legi-

[a] in Tim.

legitur, ſecunda Doſiadam in baſi retin
inſcriptum, tertia fronti gerit affixũ non
Publilij Optatiani Porphyrij: age ſingul
eodem ordine audiamus. Porro prima
ex vetuſto Heidelbergenſis Bibliothec
codice ſic nobis legendam obtulit Clau
dius Salmaſius, vir eruditiſſimus,

Ὁλὸς ού με λιβρὸς ἱρῶν
Λιβάδεσσιν οἷα κάχλην
Ὑπὸ φοινίκησι Τέγγει:
Μάυλιες δ' ὕπερθε πετρῶν Ναξίων θοέμεναι
Παμμάτων φείδοντο Πανὸς, ού στροβίλῳ λιγνυΐ
Ἶξὸς ἐυώδης μελαίνει τρεχνέων με Νυσίων:
Ες γὰρ βωμὸν ὁρῆς με μήτε ταγχόρυ
Πλίνθοις, μήτ' Αλύβης παγέντα βωλοις
Οὐδ' ὃν Κυνθογενὴς ἔτευξε φύτλη
Λαβὸντα μηκάδων κέρα
Λισσαῖσιν ἀμφὶ δειράσιν
Οσσαι νέμονται Κυνθίας
Ισόῤῥοπος πέλοιτό μοι:
Σὺν ούρανοῦ γὰρ ἐκγόνοις
Εἶνάς μ' ἔτευξε γηγενὴς,
Τάων δ' ἀείζωον τέχνην
Ενευσε πάλμυς ἀφθίτων
Σὺ δ' ὦ πιὼν κρήνηθεν ἣν
Ινις κόλαψε Γοργόνος,
Θύοις τ' ἐπισπένδοις τέμοι
Ὑμηττιαδῶν πολὺ λαροτέρην
Σπονδὴν ἄδην, ἴθι δὴ θαρσέων
Εἰς ἐμὴν τεῦξιν: καθαρὸς γὰρ ἐγὼ
Ιὸν ἱέντων τεράων, οἷα κέκευθ' ἐκεῖνος
Αμφὶ νέαις Θρηϊκίαις, ὃν σχεδόθεν Μυρίνης
Σοὶ Τριπάτορ πορφυρέου φὼρ ἀνέθηκε κριοῦ.

In hoc poematio clariſſimus Salmaſiu
pleroſque verſus aliter legit; nam verſu
ſecundum ita,

Λιβά-

Αἰϐάδοεσιν οἷα κάλχην

Verſum quintum hoc modo,

Ἰαμμάτων φείδονται Πανὸς, ὃ ϛροβίλῳ λιγνὺϊ

Verſum decimum ſic,

Λαβὼν τὰ μηκάδων κέρα

Verſum vigeſimum tertium ita,

Ἐ'ς ἐμὴν τεῦξιν: καθαρὸς γὰρ ἐγὼ

Verſum vigeſimum quintum hoc pacto,

Ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις, ὃν χεδόθεν Μυρίνης

Verſum vigeſimum ſextum ſic,

Σοι τριπάτωρ πορφυρέϋ φὼρ ἀνέθηκε κριϋ

Quod poematium Latino ſermone ad verbum vert ere cupientes, quia Græcis dictionibus Latinæ in litterarum numero non correſpondent, ad Altaris effigiem conſeruandam difformi characterum menſura vti debuimus ita,

Atramētū-ſepiæ nō me nigrū ſacrorū
Guttatim tamquam Cachlam
Colore Purpureo tingit ;
Machæræ vero ſupra petras Naxias exacu
Peculio abſtinent Panos: non tortuoſo fum
Viſcus ardēs obſcurat me ſtirpium Nyſearū :
Etenim Aram vides me neque Tanchuri
Plinthis, neque Alybæ cōpactā glebis:
Nec, quā Cynthigena ſtruxit proles
Accipiens balantium cornua,
Accliuia circa cacumina
Quotquot paſcūtur Cynthię,
Æquiualens fuerit mihi:
Nam cum Cæli Neptibus
ENNEAS me ſtruxit Terrigena,
Quibus ſemper-viuentem artem.
Annuit pater immortalium.
Tu vero bibēs ex fonte, quē
Filius excauauit Gorgonis,
Cum *victimis et oblationibus mihi*
Hymettia multo dulciorem afferens
Libationem largiter, veni iam audacter
Ad meam ſtructuram; pura ſiquidem ego
Venenū-mittentiū monſtrorū, qualia occultabat
Circa nouas Thracias, quam prope Myrina
Tibi Tripater purpurei fur dedicauit Arie

Affertu

ſſertur prima opinio Ioſephi Scaligeri, decernentis hoc Idyllio deſcribi Aram Corinthi, in qua nullæ victimæ immolabantur. Cap. II.

Quoniam in obſcuris contemplationibus duces habere viros doctos maximi refert ad veritatis adetionem; ideo in hoc tenebricoſo poemaio præeuntes conſulemus ipſum explicae conatos homines eruditos; quibus alinuris Ægeum hoc ſyrtibus pleniſſinum ingredi poſſumus ad portum veri enſus anhelantes. Omnium primus hanc Aram ad ſe tranſmiſſam dilucidare tentait Scaliger iunior, vir litteratiſſimus in næc verba fideliſſime relata. Ioſephus Scaliger Claudio Salmaſio S. Nunquam ab epiſtolis tuis diſcedo, niſi doctior; vel in hac, quam proximis nundinis accepi, quam me beaſti tum ex alieno, tum ex tuo: nam quid dicam περὶ βωμίσκυ, quem in illa poſuiſti? De cuius vetuſtate dubitare non poſſunt, niſi qui veteres accurate non legerunt: Neque vero menda portentoſa, quibus deformatus eſt, im-

pediunt quominus ſpectata ſit eius venu
ſtas; quam melius perciperemus, ſi inte
griore & emendatiore frui liceret: ſec
hæc vlcera non tangere melius fuerit: il-
ludunt nobis coniecturæ noſtræ, qua-
rum nos pudet, poſteaquam in meliores
codices incidimus. Quędam blandiuntur
mihi; quæ tamen totius poematij intel-
lectum non præſtabunt. Eiuſmodi ludi
cra duorum generum ſunt, vt ſcis, Gri-
phi, & Aenigmata; priorum obſcuritas
eſt in verbis, poſteriorum in ſententia;
quæ facile deprehenditur, ſi anſam ali-
quam habueris, hoc eſt, ſi aliquid occur-
a lib. 12. c. 6. rat, quod non ignoretur; vt apud a Gel-
lium ex Varrone de Termino non igno-
ratur quis *Ioui ipſi magno noluit concedere*.
At aliter in Griphis occurrit, in quibus
quot verba, & tot ænigmatica ſunt;
præſertim in hoc, & Theocriti Altari, &
in Fiſtula: videor tamen, & ſi quæ muta-
uero, verum omnia præſtare non auſim,
ſententiam aſſecutus eſſe. Ara hæc eſt Co-
rinthi, in qua nulla victima immolaba-
tur, de qua nihil memini me legere. Per-
ſpicua tamen ſententia eſt, Ὀλκὸς δ' με λάβρος
ἱερῶν.

ἱερῶν λιβαδέσσιν, οἷα χαλκὴν ὑποφοινικέων τέγγει. *Non largus tractus aut fuſio* ſanguinis *me tingit, victimarum aſperſionibus* cruore, *qualiter purpuram puniceam. Immo ſeceſpitæ Naxia cote ſubactæ parcunt peculio Panos:* ideſt nulla victima hic ceditur. παμάτων, non παμμάτων: aliter πώεα ab eadem origine. οὐ ϛροβίλε, non ϛρομίλε, ἶξος εὐώδης μελαίνει τρεχνέων με Νυσίων Strobilus, fructus pro ipſa arbore. *Non viſcus,* id eſt, liquor *pinuum,* reſina ſcilicet, *me inficit fuligine ſtipitum Nyſiorum,* hoc eſt, primum Nyſi, aut Nyſæ inſulæ. Nullum lignum hic crematur, quia nullæ adolentur victimæ. τρέχνος eſt ϛέλεχος. *Inſpicis enim me Aram finitimæ terræ lateribus, neque Alybæ compactam glebis.* μήτε τ' ἀγχέρε. ſupple γῆς τ' ἀγχέρε. ἀντὶ τῆς ἀγχέρε, vt τ' ἀγαμέμνονα pro τὸν ἀγαμέμνονα, τ' αὐτοῖς, τοῖς αὐτοῖς. Vbi ſit ea ἀγχέρος, καὶ ἀγχιτέρμων γῆ, non dubium eſt quin in agro Corinthio, vbi ipſa Ara. Alybe eſt in Thracia. Sunt& alia eiuſdem nominis. Neque ἰσόρροπος μοι eſſe poteſt ὁ κερατίνης ille βωμὸς Deli. *Simul enim cum Dijs ipſis,* id eſt eodem tempore, quo Dij nati, nouenarius numerus terrigenarum me fabricauit. Qui ſint illi terrigenæ nouem, quæratur.

ταῶν, ἀντὶ τοῦ τῶν, vt Callimacho νισάων, quamquam peſſime, & ſine exemplo. *Quorum terrigenarum artem* πάλμυς ἀφθίων, *rex immortalium Deorum Iuppiter* ἔνασε: *iubilauit, laudauit.* Σὺ θαῦ πιὼν, *Tu autem hauſta aqua de Pirene fonte, quem Gorgonis filius equus eruit,* δύοις, id eſt; δυμίασον, *thus incende, odores adole: nam & alibi memini* δύειν ἀντὶ τοῦ θυμιᾶν a veteribus vſurpatum. *Thus igitur hic crema, & libamenta inuerge. Audacter ad me accedere potes, vt pote quæ ſim pura a ſerpentibus, quales occultauit illa Ara in aruis Thraciæ* (νεοῖς,) non νέοις) *quam tibi* ἀνέθηκεν, ὦ τριπάτωρ (quisquis ille ſit) *dedicauit fur purpurei arietis.* Arietem purpureum, vel aureum, in quo erat fatum, καὶ σοιφεῖον Mycenarum, Atreum ſurripuiſſe, notius eſt, quam vt demonſtratione egeat. Sed an hic de eo intelligendum, non magis mihi conſtar, quam quis ille ſit τριπάτορ, cui fur arietis Aram poſuerit prope Myrinem in Lemno. Vides manifeſtam ſententiam, neque dubitandum. Omnino eſt Ara, in qua ſanguine non litabatur, vt ille γενέτωρος in Delo. Quemadmodum verum ſenſum præſtare poſſumus, ita de emendationibus cur

dubi-

dubitemus, facit, quod inter ſcribendum ſub acumen calami natę ſint. Tu, cui ab huiuſmodi ſtudijs recens memoria eſt, nõ ſolum noſtra boni conſules, ſed etiam quę minus recte a nobis animaduerſa, emendabis. Vale. Lugduni Batauorum, prid. Eid. Iulij Iuliani CIↃ. IↃC. VIII.

Expenditur allata Scaligeri ſententia, & Aræ noſtræ non aptari demonſtratur Cap. III.

Ita vir egregius; cuius opinionem nos laudare non poſſumus: In primis enim nulla ratione, nulla veterum autoritate ſtatuit hanc eſſe Aram Corinthi, in qua nulla victima immolabatur: Immo dicens de tali Ara ſe nihil legiſſe, iam conteſtatur ipſam ſuũ eſſe purum putumque commentum. Et quum forte legiſſet vir catus apud [a] Laertium in vita Pythagoræ de Ara Delia ignis experte, *Denique Aram Delij tantum Apollinis genitoris, quæ poſt Ceratinam eſt, Pythagoras iuſſit adorare, quod frumentum & hordeũ & placentas illi abſque vſu ignis imponere ex more ſoleant; ceterum nulla iecinora; vt Ariſtoteles in Deliorum Republica teſta-*

[a] lib. 8.

teſtatur. cur potius Deliam quam Corinthiam non putauit hic Aram deſcribi? quid illi electionem Corinthiæ perſuaſit? Deinde vero viſcum Nyſearum nulla ratione ſcribit eſſe pinuum reſinam. Deinceps autem nulla probabilitate Plinthos Tanchuri putat eſſe lateres terræ finitimæ, quæ ſit in agro Corinthio. Poſterius etiã præter omnem rationem accipit hanc Aram eodem tempore, quo Dij nati; anne Terrigenæ nouem illi eius fabricatores fuerunt ante Deorum originem? nihil abſurdius dici poteſt. anne Aræ, quæ Numinibus omnes eriguntur, ante Deos natos, vel ſimul cum Dijs conſtrui potuerunt? nihil minus: fiet ne Ara quæpiã Deo nondum exiſtenti? quod enim naſcitur, dum naſcitur, [b] Ariſtotele doctore nondum eſt quum [c] eidem generatio tendat ad eſſe illius, quod fieri dicitur. Vlterius, ſi gloriatur hæc Ara ſe non eſſe fumo ſuffumigiorum denigratam; vt quid inuitet homines ad thus ſuper ſe cremandum, vt ait vir insignis? Præterea vero hic nos nequaquam accipimus a Scaligero agnum purpureum fuiſſe illum *Atrei*, in quo erat fatum My-
cena-

[b] 2. meta t. 8.
[c] 5 phys t. 4. & ſeqq.

cenarum; quia hic deſcribitur Iaſon, qui aureum vellus Colchi rapuit, & Aram Vulcano erexit in Lemno, ex qua prodijt ſerpens Philoctetis pedem venenato morſu ſaucians; quum agnus ille aureus Mycenarum ab Atreo ſurreptus, vt inquit vir eruditus, non fuerit verus agnus, ſed agni ſimulachrum aureum effictum in argentea phiala, vt nos docuit ex Herodoro Athenæus† inquiens, καὶ τὴν Ἀτρέως δὲ χρυσῆν ἄρνα περὶ ἣν γεγόνασιν ἡλίου τε ἐκλείψεις καὶ βασιλέων μεταβολαὶ, ἔτι τε τῆς τραγῳδίας ἡ πολλὴ, φιάλην ἀργυρᾶν φησὶ γεγονέναι Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης, ἔχουσαν ἐν μέσῳ ἄρνα χρυσῆν. Hoc eſt, Atrei vero aureum agnum (cuius cauſſa deliquium Solis accidit, mutatum regnum eſt, multæque tragœdiæ ea de re conſcriptæ) phialam argenteam fuiſſe tradit Herodorus Heracleotes, in cuius medio aurea fuit agni imaguncula. Ceterum & alijs de cauſſis, mox hanc opinionem Scaligeri confutabit Salmaſius; cuius nunc opinio nobis eſt adeunda. Non igitur cum Scaligero ſentiendum eſt, hoc poematio deſcribi materialem Aram Corinthiam, in qua nulla victima immolaretur.

† lib. c. 25

a cap. 6.

Secunda explicatio Claudij Salmaſij, ſtatuentis hoc eſſe ludicrum poematium in formam Aræ factum, & Muſis Gratijsque a Doſiade dedicatum. Cap. IV.

POſt Scaligerum, luculentiſſimas ad hanc Aram notas habuit clariſſimus Salmaſius; quas operæ pretium duximus huc fideliter afferre: ait igitur in hanc ſententiam citatis verbis, Ante hos decem plus minus annos, in Germania quum eſſem, & Heidelbergæ agerem, hunc βωμίσκον in veteri epigrammatum codice, qui ſeruatur in Bibliotheca illuſtriſſimi Palatini Principis, mihi repertum, nec dum editum, ad Ioſephum Scaligerum τὸν μακαρίτην miſi: remiſit ille mihi ſuam de illa ſententiam & expoſitionem; quam videre licet in ea, quam ad me dedit, epiſtola; quæ nunc inter poſthuma eiuſdem opuſcula, & alias ad diuerſos epiſtolas habetur excuſa. Doſiadæ autem hanc Aram tribuimus ex autoritate vetuſti codicis: licet ille nomen Doſiadæ ad iſtud poematium non præferret; ſed alterius Aræ, quæ ſequebatur, baſi ſubſcri-

ptum

ptum haberet hoc modo, ΔΩΣΙΑΔΑ ΒΩΜΟΣ
ΟΝ ΜΟΥΣΑΙΣ ΕΝ ΓΑ. *hoc eſt, Doſiadæ Ara, quam erexit Muſis in terra.* Quam ſubſcri-
ptionem ad hanc Aram pertinere iudica-
uimus; quum alterum illum βωμίσκον & al-
terius autoris eſſe, nec ad Muſas quidquã
attinere certo ſciremus; vt latius in noſtris
ad eum notis oſtendemus. Doſiadan eti-
am huius ludicri autorem Lucianus agno-
ſcit in Lexiphane: ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν,
τοὺς κατα γλῶτταν γράφοντας ποιήματα. τὰ δὲ σὰ ὡς πεζὰ
μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ ὁ Δωσιάδα βωμὸς ἂν εἴη καὶ
ἡ τοῦ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ εἴ τις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν
κακοδαιμονέστερος. *hoc eſt, Nos autem ne poetas qui-
dem laudamus, qui verbis obſcurioribus &
minus vſitatis poemata ſcribunt: Tua vero, vt
pedeſtrem orationem cum carmine conferamus,
perinde vt Doſiadæ Ara, & Lycophronis Ale-
xandra ſe ſe habent, & ſi quid iſtis ſermone
etiam miſeriore ſcriptum eſt.* Sed qui hic fu-
erit Doſiadas, aut quo tempore vixerit,
quæro qui me doceat. Athenæus non ſe-
mel Doſiadan in Creticis laudat. Dioge-
nes Laertius patrem Epimenidis Creten-
ſis ex quorundam ſententia Doſiadan ap-
pellat. An idem hic ſit, neſcio: Cretenſes

illi fuiſſe videntur. Hic Rhodius dicitu in veteri ſcholio ad Ouum Simmiæ. Ara autem iſtius forma non quadrata & cubi-ca, vt Aræ vulgo fiebant, ſed ἀνισόπλευρο πανταχῆ, quæ forma fuit vetuſtiorum Ara-rum, & vt plurimum Ionicarum. Nico-machus Geraſinus lib. *II.* Arithmetices ἕτεροι δὲ τοὺς αὐτοὺς βωμίσκους προσαγορεύουσιν, ἀπὸ οἰκείας ε... κόνος: οἱ γὰρ παλαιότεροι βωμοὶ, μάλιστα δὲ Ιωνικοὶ, οὔτε τ... πλάτος τῷ βάθει, οὔτε συναμφότερα τῷ μήκει ἴσα ἔχουσιν οὔτε τὴν βάσιν τῇ κορυφῇ, ἀλλὰ πάντη εἰσὶν ἐξηλλαγμένοι ταῖς ... διαστάσεσιν. *hoc eſt, Alij vero ipſa Altaria de-nominant a ſimilitudine domus; antiquiore enim Aræ, maxime vero Ionicæ, neque latitu-dinem profunditati, neque vtrumque longitu-dini æqualia habebant; neque baſim vertici: ſe vbique differunt interuallis.*

Non poterat melius huius Aræ figura de-ſcribi: huiuſmodi vero numeri ἄνισοι no tantum βωμίσκοι dicebantur a forma τῶν Ιωνι-κῶν βωμίσκων: ſed & σφηκίσκοι, & σφηνίσκοι: tale enim σφῆνες ſecundum eumdem Nicoma-chum τεκτονικοί τε καὶ οἰκοδομικοὶ, καὶ χαλκευτικοὶ, κ... οἱ τῶν ἄλλων τεχνῶν πλάσσονται, ἀπὸ ὀξυτέρου ἄκρου δια-δήνοντ ἀρχόμενοι καὶ ἀεὶ μᾶλλον πλατυνόμενοι ἀνομοίω κατὰ πάντα τὰ διαστήματα· *id eſt, Architectici & do-*

morum

ſorum ædificatores, & æris fabri, & aliarum artium plaſtæ ab acutiore vertice incipientes, & ſemper magis dilatantes inæqualiter ſecundū omnia interualla. σφηκίσκοι etiam hi numeri ἑτερόπλευροι ſunt appellati, a forma σφηκῶν, id eſt veſparum, quæ ventrem ſubſtrictum habent, & in medio ſunt graciles: ſic σφηκίσκους appellant homines *media*, vt dicebat Ennius, *regione cracentes*; quos cingulos vocabant Latini. Feſtus, *Cingulos appellabant homines, qui in his locis, vbi cingi ſolet, ſatis ſunt tenues*. Græci σφηκὰς, & σφηκίσκους appellant, τοὺς λαγαροὺς τοῖς σώμασιν ἀνθρώπους καὶ ὀξυκοιλίους: ita enim ſcribendum apud Heſychium. σφηκοὶ ad verbum ſunt cinguli, nam σφηκοῦν eſt cingere, & σφήκωμα δεσμός. Nicomachus τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ τῶν σφηκῶν ὄγκος ἀποσφιγγόμενος κατὰ μέσον, καὶ τὴν λεχθεῖσαν ὁμοιότητα ἐμφαίνων. παρὰ τοῦτο εἰκὸς καὶ τὸ σφήκωμα ὀνομάζεσθαι. ἔνθα γὰρ ἂν ἀποσφίγξῃ τὴν τοῦ σφηκὸς ἐντομὴν μιμεῖται. *id eſt, Talis enim & veſparum tumor contractus circa medium & dictam ſimilitudinem referens, ſecundum hanc ſimilitudinem etiam ſphicoma dicitur, hoc eſt, cingulum; vbi enim contrahitur, ipſius veſpæ inciſionem imitatur*: quum enim faſcia aut cingulo conſtringimur, ea parte gracilio-

ciliores & exiliores reddimur. Talis igitur Ararum Ionicarum facies, preſſis, & extenuatis lateribus, nec fronti nec baſi ęqualibus, vt nec frons, nec baſis inuicẽ ſibi latitudine reſpondent; vt plane videre eſt in hoc, & ſequenti βωμίσκῳ. Sed & cunei fabriles lignei ferreique ad hanc effigiem fiunt; in acumen enim deſinentes ea parte, qua in materiam immittuntur, in latitudinem progrediuntur, mox in medio ſtrictiores ex parte qua tenentur, ad ſummũ in latius craſſiusque caput exeunt, vt ex Nicomacho ſupra tetigimus. Sed hęc de figura ſatis. Nunc ad expoſitionem veniamus; quam non adeo facilem eſſe, non verbis tantum ſuis declarauit vir ille, quem dixi, doctiſſimus; verum re ipſa clarius oſttendit. Sententiã enim huius poematij nullo modo aſſecutus eſt. Sed nec eius obſcuritatem diſſimulat Lucianus, qui loco ſupra nobis adducto, Alexandræ Lycophronis, poemati omnium tenebricoſiſſimo illud comparare non dubitauit. Ara igitur hæc Muſarum eſt; quę ſic loquitur, *Non me victimarum niger ſanguis imbuit, vt purpuræ liquore veſtis tingitur: Seceſpitæ vero*

Naxia

Naxia cote terſæ ſamiatæque abſtinent pecudi-us; quas vocat πᾶμα Πανός. hoc eſt, *nullæ victimæ in hac Ara cæduntur: nec vertigino-ſo fumo viſcus manans ex arboribus Arabicis fuſcat me, atque atram reddit*: hoc eſt, nulla mihi thura imponuntur, aut odores Sabæi heic adolentur. *Aram me vides nec auri la-teribus, nec argenti glebis compactam: Nec vero mihi comparanda ſit Ara illa, quam ex caprarum cornibus ſtruxit Cynthius Apollo: nã cum Gratijs fabricauit me nouenarius Muſarũ numerus, quibus dedit Iupiter artem nunquam interituram. Tu autem, qui bibis ex fonte, quem fodit Pegaſus, iſtic ſacrifices, & libamenta fundas, Hymettio melle longe mihi gratiora dulcioraque. Audenter vero ad me ac-cede: ſum enim pura ab venenatis monſtris, quæ-ia occultantur in illa Ara, quæ circa Neas Thra-cias, prope Myrinam vrbem extat; quam tibi Minerua dedicauit aurei arietis, vel potius velleris raptor*. Hic totius Aræ ſenſus; quẽ mox per partes explicabimus. At quam longe abierit vir ille incomparabilis, dici non poteſt, qua emendando, qua expo-nendo. Aram quidem Muſarum Athenis in Academia fuiſſe refert Pauſanias in Atti-

cis,

cis ; ἐστὶ δὲ Μουσῶν τε βωμὸς, καὶ ἕτερος Ἑρμοῦ. *hoc eſt, eſt autem Muſarum Ara, & altera Mercurij.* Sed de ea minime heic loqui vult Doſiadas ; immo omnia quæ heic de Ara Muſarum dicuntur, non ad aliam Aram referri debent, quam ad hoc ipſum poematium in formam Aræ factum ; quod Muſis & Gratijs adiuuantibus compoſuiſſe, & ipſis dedicaſſe teſtatur. Nunc ſingula videamus. Ὀλὸς οὔ με λιβρὸς ἱρῶν. Emendabat Scaliger, ἄλκος οὔ με λαβρὸς ἱρῶν· ſed verſus hanc emendationem reſpuit. ὀλὸς proprie eſt atramentum ſepię, qui & θολὸς dicitur: heic vero μεταφορικῶς pro victimarum ſanguine ponitur, λιβρὸς autem nigrum ſignificat. Heſychius, λιβρὸς, σκοτεινὸν, μέλαν. ſed & λίβυς idem apud vetuſtiores Græcos ſignificaſſe videtur: hinc λίβυες enim vocati quod nigri eſſent: ſic & Μαύρους eos populos vocarunt Græci ab eadem ratione ; nam μαῦρον, & ἀμαυρὸν nigrum eſt, καὶ σκοτεινόν. a voce autem λίβυος quæ nigrum denotat, λιβύαι dictæ ſunt ſitulæ quædam nigræ, quæ in ſepulchris collocabantur: Heſychius, λιβύας τὰς μελαίνας ὑδρίας τὰς ἐπὶ τοῖς τάφοις τιθεμένας: Suauiter nugabatur neſcio quis Græculus, qui gloſſam

ali-

aliquot ad hanc Aram adſcripſerat; nam μελιβρὸς heic iunctim legebat, exponebatque μελιβρὸς ὁ τὰ μέλη βιβρώσκων.

Λιβάδεσσιν οἷα κάλχην.] κάλχην purpuram vel herbæ genus interpretantur Gammatici, quæ purpureo calore veſtes inficit. Heſychius, κάλχη πορφύρα καὶ βοτάνιον ἀνθόφορον. Etymologicum magnum in voce Κάλχας, ἢ παρὰ τὸ κάλχη ὃ σημαίνει τὴν βοτάνην δι' ἧς ἡ πορφύρα βάπτεται. & hæc quidem nota ſunt: illud non item, herbam illam, quam Græci κάλχην, Latinos Caltham vocare; nam Caltha ex Græco κάλχη quod Siculis erat κάλθη; nam θ in χ, & contra illi mutabant; vt ὄρνιχες pro ὄρνιθες, & ſimilia: κάλχην autem Caltham eſſe, ex Dioſcoride vincam: Is lib. III. cap. CLVI. βουφθάλμον, οἱ δὲ κάλχαν καλοῦσι; ſic enim legendum eſt; non vt vulgo καχλαν. Veteres autem Grammatici vno ore Caltham βουφθάλμον eſſe interpretati ſunt. Autor antiquarum gloſſarum, Caltha, βουφθάλμον. & βούφθαλμον ἄνθους εἶδος; caltum. Dioſcorides lib. IV. de Chryſanthemo, quod cum Buphthalmo quidam confundunt, χρυσάνθεμον ἢ χάλκα. χάλκα traſpoſitum pro κάλχα: nam & χάλκην quoque

dicebant. Heſychius, χάλκη, πορφύρα. ſic certo certius κάλχην eſſe caltham: quod alibi probabimus: non enim hæc ſunt huius operis aut loci: κάλχην autem non pro purpura, ſed pro veſte, quæ purpura inficitur, accipio. *Non me*, inquit, *ſanguis victimarum tingit*, *quemadmodum ſanguineis liquoribus imbuitur veſtis*. κάλχην enim non tantum πορφύραν exponunt Grammatici, ſed etiam διφθέραν: Heſychius, κάλχη πορφύρα, διφθέρα, βοτάνιον ἀνθόφορον: & ita hoc loco placet accipi.

Μαύλιες δ' ὕπερθε] Μάυλιας heic ἀντὶ τῶν κοπίδων poſuit, quibus victimę mactantur. μαυλὶς μάχαιρα καὶ ἡ μασθιῶ τὶ ποιοῦσα: ita legendum apud Heſychium.

Παμμάτων] melius παμάτων, ſic πολυπάμων, & πέπαμαι: in vulgatis tamẽ editionibus fere ſẽper πολυπάμμων, & πέπαμμαι ſcriptum habetur, vitioſe.

Παμάτων φείδονται Πανὸς] in vetuſto libro, φείδοντο ſcribitur, & ſupra repoſitum φείδονται, quod ad ſenſum quidem melius videtur, ſed illud φείδοντο verſus modulo magis congruit; nam in Trochaicorum tertia ſede raro pedem alium quam Trochæum col-

locant

locant. itaque legendum putarim φείδοντο pro ἐφίδοντο, ideſt, abſtinuerunt; vel φίδοντο, quod verum eſſe puto.

Οὐ στροβίλῳ λιγνύϊ] ita repoſuimus pro eo quod erat in veteri codice στροβίλων λιγνύι. Caueſis autem *ſtrobilum pineum* heic accipias cum magno viro, & *fructum pro ipſa arbore*; fumum enim intelligit, quem thus exhalat, quum in Ara incenditur; qui, quod vortiginoſis flexibus, & quibuſdam quaſi ſpiris & conuolutionibus contritus in auras eas, στρόβιλον eum ἐπιθετικῶς appellat, καπνοῦ στροφάλιγγας poetæ vocant: στρόβιλον vero συστροφὴν ἀελλώδη interpretantur Grammatici: hinc στροβιλοῦν contorquere & conuoluere: στρόβιλον λιγνύια dixit, vt Ion Poeta Erinaceum στρόβιλον, qui in orbem ſe conuoluit.

στρόβιλος ἀμφάκανθον εἱλίξας δέμας.

ita legendũ; vulgo ἀμφ' ἄκανθαν, ἀμφάκανθον δέμας ſpinis vndique obſitum. στρόβιλον λιγνύα Plinius lib. XIII. cap. I. vbi de vnguentis loquitur, Iliacis temporibus non erant, nec thure ſupplicabatur; cedri tantum & citri ſuorum fruticum in ſacris fumo conuolutum nidorem verius quam odorem nouerant. *fumo conuolutum nidorem*, ex il-

lo Homerico eſt,

τὴν κνίσαν ἑλισσομένην περὶ καπνῷ.

ςρόβιλον λίγνυα conuolutum illum odorum, qui in Ara accendebantur, fumum heic vocauit Doſiadas.

Ιξος ἰυώδης μελαινει τρεχνέων με Νυσίων]

Nemo non intelligit per ἰξὸν ἰυώδη τρεχνέων Νυσίων thus deſignari: viſcoſum enim illum & lentum humorem, qui ex thuris arbore manat, ἰξὸν heic vocari certiſſimũ eſt. *Spuma pinguis* Plinio dicitur, cap. *De Thure & arboribus thuris*: thus autem in Arabia naſci, non niſi pueri docendi ſunt. hinc Νυσίων τρεχνέων ἰξὸς heic vocatur, a Nyſa monte Arabiæ. τέρχνος vero, & τρέχνος, nam vtrumque dicitur, φυτὸν, βλάστημα, κλάδον, στέλεχος interpretantur Lexicographi.

Εἰς γὰρ βωμὸν ὁρῆς με μήτε ταγχέρυ] Verſus hic debet eſſe Phalæcius cum ſequentibus alijs duobus: non dubium eſt igitur extra legem tendi. vitium hæret in voce ταγχέρυ. Vocem eſſe Perſicam heic vetus Scoliaſtes annotabat, & aurum ſignificare: an verum dicat, neſcio; non enim Perſice didici: verſus nihilominus laborat: eſſet aliquid ſi legeretur, τάγχυ aut τάγχρυ: tunc enim

enim legi metricæ ratio conſtaret; τάγχος autem, vel τάγχρος aurum Perſice ſignificaret. Sed tutone credi poteſt illi Græculo? Ἀγχοῦρος apud Heſychium legitur pro Aurora, vel Lucifero, & verbum Cypriorum eſſe tradit.

Ἀγχοῦρος ὄρθρος, οἱ Κύπριοι. ἢ φωσφόρος. ita enim ſcribendum. Quid ſi ἀγχοῦρος etiam aurum ſignificauit? ſic enim Auroram ab auro videntur Latini deduxiſſe. ἄγχαυρον pro eodẽ legitur apud Apollonium lib. IV. vbi doctus interpres, ἀπὸ τῆς αὔρας deriuat: pro quo ἀγχοῦρον Heſychius abſque dubio legit in illo Poetæ loco. Quid multis opus eſt? verſum iſtum ſic ego legendum, ac conſtituendum cenſeo,

Εἰς γὰρ βωμὸν ὁρῆς με μήτε γ' αὔρου
Πλίνθοις, μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις.

Ἀυρὸς vox priſca, quæ Græcis idem quod χρυσὸς: inde Latinis *aurum* ſuum. Hypſicrates apud Feſtum ἀυρὸν Græce ab inuentoris nomine dictum eſſe prodit: hinc θησαυρὸς vbi aurum reponitur. Vt vt eſt, aurum heic intelligi debere ſatis conſtat. Maſſas autẽ auri apud Antiquos in lateres redigi ſolitas notum eſt: hinc αὔρου πλίνθους Doſiadas

heic

heic vocat. Sic χρυσοῦ πλίνθοι apud Herodotum de Crœſo. Varro apud Nonium,

Ludon fluens ſub Sardibus flumen tulit
Aurum, later quod conquadrauit regiis.

Idem de Vita Pop. Romani lib. III. Nam lateres aurei & argentei primum conflati & in ærarium conditi.

Μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις] hoc eſt, *Nec argenti glebis ſtructam & compactam.* notus Homeri verſiculus.

. . ἐξ Ἀλύβης ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

hinc Ἀλυβηΐδα κελέβην Euphorion vocat argēteum poculum apud Stephanum, περὶ ἐθνι-κῶν.

Ὃς μὲν τὴν κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπούρα·

τουτέστι τὴν ἀργυρᾶν. Vide Strabonem & Homeri Interpretes.

Λαβὼν τὰ μηκάδων κέρα] Ita ſcripſimus, quum in libro eſſet, λαβόντα. σχῆμα autem πρὸς τὸ σημαι-νόμενον, quum præcedat, Κυνθογενὴς φύτλη: nam dicendum fuerat, λαβοῦσα· ſed refertur πρὸς τὸν Κύνθιον Ἀπόλλωνα. De *Ara* cornea Deli omnia iam vulgata. Gloſſæ ad hunc locum, Κύν-θος δὲ ὄρος Δήλου ὅπου κεράτινος βωμός. λέγεται δὲ ἐκ δεξιῶν κεράτων πεπλέχθαι τὸν βωμὸν μόνον, ἐκ δ' ἀριστερῶν ἐνδαι-μῶς.

Ceu

ϐαι νέμονται Κυνθίας] ſcribendum Κυνθίαις · ἀμφὶ Κυνθίαις δειράσιν · ex caprearum Cynthiarum cornibus ſtructam in Delo Aram ab Apol ine ſcribit etiam [a] Callimachus,

Αρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ᾽ ἔπλεκε βωμὸν Απόλλων.

hoc eſt,

Diana venata capita aſſidue caprearum
Cynthiadum afferebat, ipſe vero compinge-
bat Aram Apollo.

Sed Κυνθίας non muto.

ξὺν οὐρανοῦ γὰρ ἐκγόνοις] Ουρανοῦ ἐκγόνους Gratias interpretatur heic Græcus Scholiaſtes; & ego cum illo. Gratias Cæli filias heic fingit; quas alij Iouis & Eurynomes eſſe dixerunt. Sed & ſic οὐρανοῦ ἐκγόνοι fuerint; ſiquidem Iupiter Saturno, Saturnus Cælo natus, ſecundum veteres Theogoniæ auctores: Magis tamen eſt, vt aliam Theogoniam ſequatur, quę Gratias Cælo filias fferat, vt de Amore, & Muſis; quarum non vna γενεαλογία refertur apud priſcos Theologos.

ἐννεὰς μ᾽ ἔτευξε γηγενὴς] hæc γηγενὴς ἐννεὰς ſunt novem Muſæ, quas γηγενεῖς inde dictas credere poſſumus, quod earum mater Mnemo-

ſyne

ſyne, Cæli & Terræ filia fuiſſe dicatur apud Heſiodum in Theogonia. Sed verius ex eo γηγενεῖς interpretari, quod ſecundum Muſęum duplex fuerit Muſarum geneſis, vna vetuſtiorum & Saturno coæqualium, Cælo & Terra genitarum; altera recentiorum, & Iouis ac Mnemoſynæ filiarum. Hoc me docuit doctus Apolloni Scholiaſtes initio lib. III. ἐν δὲ τοῖς εἰς Μουσαῖ ἀναφερομένοις δύο ἱστοροῦνται γενέσεις Μουσῶν. πρεσβυτέρων μὲ μετὰ τοῦ Κρόνου γενομένων: νεωτέρων δὲ τῶν ἐκ Διὸς καὶ Μνη μοσύνης. Idem de Amore, ac de Gratijs quoque dicendum.

Τάων δ' ἀείζωον τέχνην] τάων, nempe Μουσῶν. πρὸς τ σημαινόμενον. non enim ad εἶναι refertur, ſed ad Μοῦσαι.

Ἔνευσε πάλμυς αὐφθίτων] hoc eſt, Iupiter Deorum immortalium Rex & pater. πάλμυ eadem notione apud Lycophronem, ni fallor, vſurpatur. Heſychius, παλμυδὸς, βα σιλεὺς, πατὴρ, οἱ δὲ πάλμυς. ſequitur apud eundem: Παλμύτης Αἰγύπτιος θεὸς, ſed perperam pr Παλμύλης, vt alibi dicemus.

Σὺ δ' αὖ πιὼν κρήνηθεν ἣν ἶνες κόλαψε Γοργόνος.] Noll de fonte Pirene dictum accipere, ſed de fonte Heliconis, quem percuſſo vngula

ſaxo

axo Pegaſũ aperuiſſe, tã notũ eſt, vt nihil no-
ius poſſit eſſe: vt & notiſſimum, Gorgonis fi-
ium Equum Pegaſum apud Poetas iactari.

ἐς ἐμὴν τεῦξιν] Ita vetus liber. ſed legen-
lum, ἐς ἐμὴν τεῦξιν. ſunt enim Anapæſtici.

οἷα κίκευθ' ἐκεῖνος ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις] Aram Chry-
ſes intelligit, iuxta quam a ſerpente percuſſus
eſt Philoctetes. Dicit igitur hæc Ara Mu-
arum puram ſe eſſe a ſerpentibus: & tuto ad
pſam quemuis accedere poſſe; nullum
nim a ſerpentibus eſſe periculum, vt in Ara
Chryſes, in qua ſerpens deliteſcebat qui,
Philocteten percuſſit, quum propius
ad eam acceſſiſſet. Rectum igitur Νέαις, nec
corrigendum νέοις. Νέα inſula iuxta Lemnum,
n qua fuiſſe Aram illam, ac Philocteten ictũ
ſerpente quidam volunt. Stephanus περὶ ἐθνι-
κῶν. Νέαι νῆσος πλησίον Λήμνου ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδή-
χθη ὑπὸ ὕδρου. *hoc eſt, Nea inſula prope Lemnum,
n qua Philoctetes ſecũdũ quoſdã ictus eſt ab hydro.*

ὂν σχεδόθεν Μυρίνης] Μυρίνη Vrbs in Lemno inſula,
de qua heic accipiendum: eſt enim alia τῆς Αἰ-
ολίδος.

ἔσοι τριπάτορ πορφυρίῳ φὼρ ἀνέθηκε χρυσῷ.] Aram illam
Chryſes ab Iaſone fuiſſe conditam præter Au
torem βωμίσκου, quem mox explicabimus, etiã

teſtatur Philoſtratus in Philoctete his verbis, ἀναπλέοντες εἰς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ, καὶ προσχόντες ταῖς νήσοις, ἐματεύοντο τὸν τῆς Χρύσης βωμὸν, ὅν Ἰάσων ποτὲ ἱδρύσατο ὅτε ἐς Κολχοὺς ἔπλει. Φιλοκτήτης τε ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς, ἐγχρίμψαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς θάτερον τοῖν ποδοῖν, οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται, ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται δεξιβόρῳ φησὶ Σοφοκλῆς, καταστάζων νόσῳ τὸν πόδα. *hoc eſt, Nauigantes ad Troiam Græci, ac tranſeuntes per inſulas, quærebant Aram Chryſæ, quam Iaſon olim erexit, quum in Colchos nauigaret. Philoctetes autem ex memoria vitæ cum Hercule actæ, Aram quærentibus oſtēdens, ab hydro ſerpente ictus venenum in altero pede ſuſcepit: Græci quidem ceteri proficiſcuntur ad Troiam; ipſe vero in hac Lemno relictus iacet, depaſcente tabo, vt ait Sophocles, contabeſcens in pede.* Iam intelligimus quis iſte ſit purpurei fur arietis, & quis ille purpureus aries: nam de Iaſone capiendum, qui vellus aureum furatus eſt, nemo iā non videt. Purpureum autem arietem heic vocat, non illum aureum, in quo fatum Micenarm erat; quem Atreum ſurripuiſſe volunt Poetæ; ſed arietem, quo Phryxus in Colchos delatus eſt, ſeu potius eius vellus: quod aureum quidem plurimi eſſe dixerunt, quidam vero purpureum, alij etiam album. Scholiaſtes Apollonij ad lib. IV. πολλοὶ δὲ χρυσοῦν τὸ δέρας εἰρήκασιν οἷς Ἀπολλώνιος ἠκολούθησεν, ὁ δὲ Σιμωνίδης ποτὲ μὲν λευκὸν, ποτὲ

δὲ

δὴ πορφυρῦν. Quod valde velim notari, Simonidem modo albũ, modo purpureũ in ſuis poematis hoc vellus appellitauiſſe. Qua de re ſic ego ſentio; non nouam quidem, & aliam a vulgata de hoc ariete fuiſſe Simonidi opinionem; nec quem aureum vno fere ore omnes prædicaſſent, ipſum aut album, aut purpureum exiſtimaſſe; ſed λευκὸν, καὶ πορφυροῦν ſic vſurpaſſe, vt poetis mos eſt, quum aliquid eximie pulchrum deſignare volunt; vt quum auream Venerem vocant; eamdem enim & purpuream appellitarunt. Marius Victorinus in libro de Metris citat hunc Pæonicum verſum, *iubet.)*

Ver agere purpurea te Venus amoribus diua pollens

apud eumdem etiam hic purus Anapæſticus citatur, *ceruix.)*

Nitet aurea purpureæ Veneris coma, roſcida lactea

& πορφυρῆ Ἀφροδίτη Anacreonti apud † *Aelianum* †lib. 4. c. 2.
ὥσπερ οὖν τὴν Ἀφροδίτην ὁ Τήϊος ἡμῖν Ἀνακρέων ᾄδει, πορφυρῆν τε λέγων, καὶ χρυσῷ δὲ εἰκασμένη φανείη ἄν. καὶ τοῦτό γε κατὰ τὴν Ὁμήρου θεὸν τὴν αὐτὴν, ἣν ἐκεῖνος ἀναμέλπει χρυσῆν, hoc eſt, *Qualem nobis Teius Anacreon canit eſſe Venerem, quum eam quodam loco purpuream, & auro ſimilem canit; imitatione nimirum Homeri, qui eamdem nobis auream celebrat.* Ita πορφυρῆ Ἀφροδίτη apud Anacreontẽ, quę apud Ho-

merum χρυσῆ.

Sic etiam purpureum Amorem dixere. Ouidius,

In me purpureus tela reſumpſit Amor.

Sic & χρυσοῦν στόμα, & πορφυροῦν στόμα, pro ore pulchro. Simonides, πορφυρέου ἀπὸ στόματος ἱεῖσα φωνὰν παρθένος. nec aliter *purpureum os* Horatio. Sic πορφυρέα ἔρνη Pindaro, ἀντὶ ἀγλαῶν. ἀνδησάμενός τε κόμαν πορφυρέοις ἔρνεσι. Sed & purpureum & album de eodem ita videtur dixiſſe Simonides, vt

[b] l. 4. ode 1. [b] Horatius *purpureos olores* dixit pro candidis: & Albinouanus *purpuream niuem*. Purpureus igitur huic Doſiadæ & Simonidi eſt, qui aureus ab alijs paſſim vocatur: quem & λευκὸν idem Simonides vocauit. *Scholiaſtes tamen Euripidis refert Simonidem in hymno Neptuni dixiſſe, pellem Phryxæi arietis reuera purpurei fuiſſe coloris, & purpurarum matutinarum ſanguine infectam. eius verba hæc ſunt*, τοῦτο οἱ μὲν ὁλόχρυσον εἶναι φασὶν, οἱ δὲ πορφυροῦν. καὶ Σιμωνίδης δὲ ἐν τῷ Ποσειδῶνος ὕμνῳ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ πορφυρῶν κεχρῶσθαι αὐτὸ λέγει. hoc eſt, Hoc hi quidem aureum eſſe dicunt, hi vero purpureum. Et Simonides autem in Neptuni hymno a marinis purpuris infectum ipſum dicit.

Idem porro Simonides etiam aureum illum Atrei arietem, in quo fatum regni Micenarum

rum ſitum erat, purpureum fuiſſe dixit. chil.2 epigr. 18.
Zetzes in Chiliad.

Ἀτρέως δ' ἐν τοῖς θρέμμασιν ἦν τὶ χρυσοῦν ἀρνίον.
Ὁ Σιμωνίδης πορφυροῦν εἶναι δὲ τοῦτο λέγει.

hoc eſt,

Atrei autem in pecoribus erat quidam aureus Agnus,
Simonides autem purpureum fuiſſe hunc dicit.

Sic πορφύρεος κριὸς in hac Ara dicitur, qui alijs χρύσεος
ſic ἁλιπόρφυρον vellus illud fuerit Simonidi: Vt vt ſit, πορφύρεος κριὸς, heic ἀντὶ χρυσέου poſitus. Sed hæc plus ſatis de purpureo, ſiue aureo vellere. Nunc reſtat quærendum, quis ſit hic τριπάτορ, cui Aram dedicaſſe fertur Iaſon. τριπάτορα Mineruam appellari opinor, non ob aliam rationem, quam quod τριτογένεια alijs poetis paſſim dicatur: de cuius appellationis cauſſa conſulendi veteres Grammatici: Obiter tantum admonere velim, corrigendum, & ſupplendum in hac voce Etymologici magni autorem: Vbi enim ſic vulgo habetur, τριτογένεια ἡ Ἀθηνᾶ, ἤτοι ὅτι ἐκ τῆς μήτρας, καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς ἐξῆλθεν, ἢ ὅτι παρὰ τῷ Τρίτωνι ποταμῷ γέγονεν, ἢ ὅτι τρίτου μετὰ τὴν Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα ἐγένετο. duo illa, ὅτι ἐκ τῆς μήτρας, καὶ τῆς κεφαλῆς, non poſſunt

sola

ſola conſtituere rationē nominis τριτογένεια: te
tium igitur deeſt; quod plenum habet Suida
hoc modo, ὅτι ἐκ τῆς νηδύος, καὶ ἐκ τῆς μήτρας, κ
τῆς κεφαλῆς. Sed quod ſequitur apud eumden
Suidam, τριτὼ γὰρ κεφαλὴ κατὰ διάλεκτον, expur
gendum eſt; alio enim pertinet. Sed hæ
grammaticalia plane ſunt, ideſt inepta. Vn
de vero τριτογενὴς nomen habeat, τριπάτωρ e
dem notione cenſeri hoc loco exiſtimo, &
Mineruam eo nomine ſignificari. Non igno
ro τριτοπάτορας Gloſſographis exponi, ἀνέμους
οὐρανοῦ, καὶ γῆς γενομένους, καὶ τῆς γενέσεως ἀρχηγοὺς; quo
& τριτοπάτρεις, & τριπάτρεις nominabant. Se
huc non pertinere item ſcio: Nam nihil tan
certum eſt, quam τριπάτορα hoc loco Miner
uam intelligi debere, cui Ara in Chryſe Lem
ni promontorio ab Iaſone dedicata eſt
Autor argumenti ad Philoctetem Sophocli

Χρύσης Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεκοσμένον
Ἐφ' ὧπερ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θῦσαι, μόνος
Ποίαντος ᾔδει παῖς ποθ' Ἡρακλεῖ συνών.

Vbi perparam legunt χρυσῆς Ἀθηνᾶς, & Aure
am Mineruam interpretantur. χρύση Ἀθηνᾶ τ
τικῶς dicta a promontorio Lemni, in quo A
ram habebat ab Iaſone, quum in Colcho
iret, poſitam & conſecratam. Philoſtratu

χρύσης

χρύσης βωμὸν ſimpliciter vocat, Αναπλέοντες εἰς τροίαν Αχαιοὶ, καὶ προχόντες ταῖς νήσοις ἐμαςἱυοντο τὸν τῆς χρύσης βωμὸν, ὃν Ιάσων ποτὲ ἱδρύσατο ὅτε εἰς Κόλχους ἔπλει. per χρύσην intelligit χρύσην Αθηνᾶν: in illis tamẽ Gręcis verſibus, Sophoclis Philoctetæ argumenti vicem præfixis, edendum curauit Gulielmus

Εν χρύσῃ Αθήνης βωμὸν ἐπικεχοσμένον.

Hæc ad verbum protulit vir egregius; cui maxime debet vniuerſa litteratorum eruditorumque Reſpublica ob alia multa, ſed prę-ſertim ob communicatam, & notis nobilibus illuſtratam hanc Aram vetuſtiſſimam.

Salmaſij ſententia perpenditur; & aliqua in ea notantur, quæ ad Aræ declarationem minus facere, vel potius officere videntur. Cap. V.

NOs autem vt vltro confitemur Clariſſimum Salmaſium obſcuriſſimo huic poematio mirificam lucem attuliſſe; nihilominus in eius notis non nulla nobis occurrunt, quæ veritati conſentanea non videntur. In primis enim eruditiſſimo viro non conſentio hanc Aram eſſe Doſiadę illam, cuius difficultatem ſummam in Lexiphane dudum

dudum notauit Lucianus; tum quia Doſiadæ nomen in vetuſto codice legitur inſcriptũ non huic Aræ, ſed alteri, de qua [a] poſterius acturi ſumus; vt conteſtatur etiam vir iſte multiſcius: non enim arbitror de ſcriptis antiquorum ab Interpretibus eſſe quicquam mutandum: Neque ſatis eſt dicere, in hoc poematio pariter, & in ſubſcriptione illa mentionem fieri Muſarum, de quibus nulla mentio fiat in altero Altaris Idyllio, cuius baſi Doſiadæ nomen legitur inſcriptum; quia nulla neceſſitas eſt in opere mentionem eius fieri, cui dedicatur; ſufficit etenim eius nomen legi in loco inſcriptionis: tum maxime quoniam hæc Ara non ita difficilis eſt intellectu; vt alia illa, cuius baſi Doſiadæ nomẽ inſcriptum legitur, vel conteſtante docto Salmaſio; quum Aram Doſiadæ Lucianus Alexandræ Lycophronis in obſcuritate comparans, eam poema tenebricoſiſſimum eſſe confiteatur: ſecus enim Lucianus omiſſa Ara Doſiadæ, ſumpſiſſet in exemplum difficillimi poematij Aram illam, quam vir egregius Aram Chryſes appellat; non autem hanc, illa minus obſcuram, quam putat eſſe Doſiadæ. Deinde non accipimus ab inclyto viro, Lu-

[a] Encyc. ad Aram Doſ. cap. 1.

num in Lexiphane agnoſcere Doſiadam
torem huius poematij; nam ex verbis Lu-
ni, propoſitis a Salmaſio, conſtat quidem
cianum confiteri, Doſiadam condidiſſe
ema ſub Aræ nomine, difficillimum intel-
ctu; ſed Aram, de qua Lucianus agit eo lo-
, eſſe hanc, cuius nunc explicationem quę-
nus, minime conſtat; nec probat vir exi-
ius. Quæ mox de Aræ figura profert cla-
s Salmaſius, omnia recte. Deinceps au-
rem hoc Arę poematium compoſuiſſe Mu-
adiuuantibus, damus viro ſolerti; quum
emata nõ niſi auxilio Muſarum condi va
ant; ſed eumdem poetam ijſdem, & Gra-
s Aram ſuam hanc dedicaſſe non concedi-
us; nihil etenim legitur in hac Ara, quod
l eius dedicationem attineat. Deinde ne-
amus hoc epigramma conſtiutum fuiſſe ab
tore ſuo Gratijs adiuuantib⁹, quę omnia ab
facta venuſtate ac lepore cõdiunt; quum
oc Idyllium ſumme tenebricoſum nulla
enere niteat, ſed vndique ſpinis difficulta-
um obſitum horreat; vt vnicuique conſtat
ſum legenti. Inſuper apte quidem vir eru-
itus μαυλιας vertit cum Scaligero *Seceſpitas*,
uæ a ſecando nũcupatæ, ſignificant cultros

oblongos, quibus autore Feſto flamines Pō-tificeſque veterum ad mactandas ſacrificio-rum victimas vtebantur: Nos tamen hic potius *Machæras* tranſtulimus, quod nomen Sicæ, gladioque dicitur a Græcis impoſitū, quia multo ſanguine commaculetur; nam hic Ara μάυλιας abſtinere dicit a peculio Panos, & proinde ſanguine non commaculatam ſe iactitat. Præterea vero ταγχέρε πλίνθοι, retinendum putamus, nec vlla ratione mutandum eſſe cōrextum in γ'αύρȣ̃ πλίνθοις, quod facit vir inſignis, ob rationes [b] infra referēdas. Inſuper autem, licet Aurora Latinis ab auro denominaretur; & a Græcis nomine Cyprio ταγχȣ̃ρος dicatur; non tamen ideo ταγχȣ̃ρος Græcis aurum ſignificabit; quum Græcæ ſignificationes non habeant radicem in Latinis denominationibus; nec viciſſim Latinæ denominationes fundamentū habeant in Græcis ſignificationibus, adeo diſſidentibus vtriuſque linguæ vocabulis, ταγχȣ̃ρος, & aurum. Ceterum nec Auroram ab Auro, ſed viciſsim Aurum ab Aurora denominari teſtatur Feſtus in loco a clariſſimo viro citato; qui ſuæ ſententiæ potius officit; ait enim Feſtus ipſiſsimis verbis *Aurum dictum, quia*

[b] cap. 8. & 9.

præ-

præcipue cuſtoditur; Græce enim ὠρεῖν, *cuſtodire dicitur; unde & theſaurum: Hippocrates Medicus de nomine inuentoris id dictum putat; quem vocitatum ait* [c] *Aurum: quidam a ſimilitudine Auroræ coloris nomen traxiſſe exiſtimant; non nulli quia mentes hominum auertat: aliĳ a Sabinis, quod illi Auſum dicebant.* Quę paullo diligētius a nobis expēdēda ſunt; ait ergo Feſtus agēs de Auri nomine latino, *Aurum dictum; quia præcipue cuſtoditur, Græce enim* ὠρεῖν, *cuſtodire dicitur.* Si ergo nomen Auri Latinum deriuatum eſt, autore Feſto, a verbo Græco ὠρέω, quod ſignificat *cuſtodio;* plane ſibi fauſtum fautorem Feſtum non habet vir eximius, ſed infauſtum aduerſarium, aſſerens Latinos deduxiſſe aurum ſuum a voce priſca Grecorum αὐρὸς, quæ illis idem quod χρυσὸς: probandum erat aliqua veterum autoritate, Græcis antiquis in vſu fuiſſe αὖρον ad Aurum ſignificādum; quod paſſim apud eos appellatur χρυσὸς: Sed vir eximius hoc hauſit a Scaligeris, qui hoc idem impoſuerunt eruditiſſimo [d] Bechmano; quia Pater in [e] Poetica dixerat, *Aurum a fulgore, vox Græca: unde* θησαυρὸς: & in Subtilitatibus primo, [f] *Eſt autem tota Græca vox Aurora, cuius poſtrema pars*

[c] Aurion

[d] lib. de orig. ling. lat.

[e] lib. 4. c. 16.

[f] exercit. 78

adhuc in vſu eſt Græcis ipſis, ὥρα : *prior autē nobis tantum*, *Aurum* ; *illis nonniſi in compoſito* θησαυρὸς. Deinde[g], *Aureus a Græco vocabulo, quod deſitum eſt : vnde Aurora : compoſitum remăſit*, θησαυρὸς ; *quod & [h] alibi dictum eſt*. Filius conſimiliter, a patre minime diſſentiens, ait[i], *αὖρον vero priſcum vocabulum Græcum, & ab eo θησαυρὸν dictum*. Quę omnia gratis, ac volūtarie prolata, nulla veterū autoritate fulciuntur; ſed omnē ſibi habent vetuſtatē reclamātē, in qua nunquā inuenies αὖρον nomē ad *Aurū* ſignificādū; nec theſaurus ab auro denominationē habet, quū ſine auro theſaurus eſſe valeat, & primitus expers auri fuerit; vt infra demōſtrabitur; & ex eo cōſtat, quod a Græcis θησαυρὸς dicitur, a *Latinis* appellatur Ærariū. Nec *Aurora* eſt vox Græca, ſed mere *Latina*; quū Grȩcis dicatur φωσφόρος, *Phoſphorus*, & apud Cyprios Αγχοῦρος, *Anchurus*; quod Heſychius cōteſtatur; vt animaduertit etiā clariſſimus Salmaſius: *Vnde & theſaurum*. Non ab Auro Theſauri nomen deriuat hic Feſtus; ſecus ac faciant Scaligeri, vocem pure Græcā Theſauri non bene a mere Latina *Auri* deducentes: verum ab eodem verbo Græco ὡρεῖν, quod Latine eſt *Cuſtodire*, Feſtus nunc belle denominat cū

[g] exer. 225. 12.

[h] looc. citt.

[i] in huc loco Feſti.

ırum Latinum, quod præcipue cuſtoditur;
um etiam θησαυρὸν, Theſaurum, purum pu-
ımque nomen Græcũ, quod proprie ſigni-
cat locum, in quo cuſtodiuntur opes, etiá
ræter aurum: Quæ omnia nobis confirmat
on ſolum [k] Cœlius in Antiquis Lectionibus **K lib. 20. c. 23**
nquiens, *Theſauros porro, in quos nullo ſine cõ-*
rantur opes, Pluti carceres vocabat: carcer
nim eſt idem atque cuſtodia; quo nomine [l] **1. Cat.**
icero [l] rectiſſime ſcribit, longe a carcere at-
ıe a vinculis abeſſe eum, qui ſeipſum iam
gnum cuſtodia iudicat: Sed etiam Agelli-
in [m] Noctibus Atticis aſſerens, *Quintum* **m lib. 2. c. 10.**
lerium Soranum dicere ſolitum, quos Theſauros
ræco nomine appellaremus, priſcos Latinos Fla-
ſas dixiſſe, quod in eos non rude æs argentũque,
l ſtata, ſignataque pecunia conderetur; nulla
orſus auri mentione facta. Recentiores La-
i dicunt Ærarium, quod priſci Flauiſſas,
Græci θησαυρὸν, Theſaurum. Licet idẽ The-
ri nomen ab alia voce Græca αὔριον, quæ
tine ſignificat *cras*, & *poſteram diem*, ac om-
ıo *futurum tempus*; & a verbo inde du-
αὐρίζειν, quod Latine vertitur *procraſtina-*
deſumi potuerit apud Græcos; quibus
dicitur *diues*, & *abundans*; cui multa
ſup-

ſuppetunt in diem craſtinum, ſiue in ventu
rũ tempus. Hinc enim θησαυρὸς, *Theſaurus*
non ab *Auro*, quaſi Theca *Auri* metalli, ſ
locus vbi conditum ſit *Auri* metallum; ſ
denominatur a cuſtodia pecuniæ quoq
non aureæ in futurum tempus: quicqu
etenim aſſeruatur in vſum futurum, propr
dicitur Theſaurus, quaſi θεὶς εἰς αὔριον, ideſ
poſitus in craſtinum, aut *in futurum*. Hi
θησαυριστικὰ τῆς τροφῆς dicuntur animalia, qu
cumque naturæ inſtinctu ſibi prouide
alimoniam in futurum tempus, vt formic
Hippocrates Medicus de nomine inuentoris
dictum putat, quem vocitatum ait Aurum, ſi
Aurion. Vir Clariſſimus pro Hippocra
Medico ſubſtituit *Hypſicratem* non M
dicum, ſecutus hac in re caſtigati
nem Scaligeri iunioris, qui ſcribit ita
hunc locum, *Male citatur Hippocrates; leg*
dum enim Hypſicrates; qui a Varrone, & Ge
Lib. XVI. *citatur: ſcripſitque de Romanis vo*
bus, quæ a vetere lingua Græca deriuantu
Nos hanc potius vim, quam caſtigatione
Feſtiano contextui illatam collaudare n
poſſumus; in primis enim *Feſtus* citat H
pocratem Medicum; non autem Hypſic
tem

em ; qui nullus Medicus legitur apud *Au*-
ores ; duos namque ſolos Hypſicrates no-
imus , alterum Hiſtoricum , de quo Lucia-
us in Macrobijs infit, Ὑψικράτης δ᾽, ὁ Ἀμισήνος
υγγραφεὺς , διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος , ἔτι δύο καὶ
ενήκοντα , ideſt; *Hypſicrates autem Amiſenus hi-*
ſoricus , vir in multis diſciplinis verſatus, annos
duos & nonaginta vixit : alterum Gramma- [n] lib.16.c.12
icum , cuius meminit [n] *Agellius* inquiens,
Idque dixiſſe ait Hypſicratem quempiam Gram-
maticũ, cuius libri ſane nobiles ſunt ſuper ijs, quæ
Græcis accepta ſunt. Sed a Varrone citatum
Hypſicratem non video; citatur quidem a
Varrone Iſicrates his notis, [o] *Tametſi Cohortem* [o] 4.de lig.lat.
villa Iſicrates , vel vt alij legunt , Iphicra-
es (quem citat etiam, [p] Quintilianus) *dicit* [p] lib.5. lap.12.
ſe Græce κέρθον *apud Poetas dictum* : licet eo
oci doctiſsimus *A.* [q] Turnebus retineat Hy- [q] in Comm.
ſicratem, quẽ fortaſſis habebat in ſuo con-
extu : vt vt ſit, hic non eſt Medicus ; quum
eſtus allato loco Medicum Hippocratẽ cita-
erit. Porro ſi Feſti citatio referẽda foret ad
roxime dicta de Theſauro , non male cita-
etur Hippocrates Medicus ille Cous de vo-
is Græcæ θησαυρὸς, a nomine inuentoris, qui
Græce diceretur Αὐρὸς, vel Αὔριον, *Aurus* , vel
Au-

Aurion; quaſi Theſaurus diceretur Thec
Aurij, vel Auri hominis opibus afflue͂tis: qui
bene citatus fuerit idem Hippocrates non ſe
mel a Lexicographis tum in verbo ὠρέω, quod
eſt Latine *Cuſtodio*, tum in nomine ὦρος quod
Latine vertitur *Annus*, ac *tempus*: licet aut
hoc enunciatum non habeatur in operibu
Hippocratis Coi, quæ nunc extant inter Me
dicinæ ſcripta; fieri tamen poteſt vt æuo Fe
ſti liber aliquis Diuini Senis proſtaret, ætat
noſtra deperditus. Nec obſtaret, huic ſen
tentiæ Pauſanias in Bœoticis, a Cœlio collau
datus, inuentione͂ *Aerarij*, ſiue Theſauri re
ferens in Minyam Chryſæ filium his notis
τούτῳ δὲ υἱὸς γίνεται χρύσῃ Μινύας, καὶ ἀπ' αὐτοῦ Μινύαι καὶ νῦ
ἔτι ὧν ἦρχεν ὀνομάζονται. Πρόσοδοι δὲ ἐγίνοντο τῷ Μινύ
τηνικαῦτα μέγεθος ὡς περβαλέσθαι τοὺς πρὸ αὐτοῦ πλούτῳ, θησαυρ
τε ἀνθρώπων ὧν ἴσμεν Μινύας πρῶτος ἐς ὑποδοχὴν χρημάτω
ᾠκοδομήσατο: id eſt; *Huius Chryſæ fuit filius Mi
nyas; a quo ij, quibus imperauit, populi hac eti
ætate Minyæ nominantur: Huic tam ampla fuer
vectigalia, vt ſuperiores* omnes *diuitijs vicerit
primusque omnium, de quibus aliquid accepimus
Minyas Theſaurum*, quod *Aerariu͂* voce La
tina dicitur, & antiquiori ſæculo Flauiſſæ
vt nuper vidimus apud *Agellium*, *ad pecuni*

ſeruan-

ſeruandam ædificauit: hoc inquam nil obſtat
veritati ſententiæ Hippocratis aſſerẽtis The-
ſaurum dici de nomine inuentoris, qui vo-
caretur Aurus, quaſi Theca Auri hominis di-
uiſſimi; quia non eſſet hæc prima, & noua diſ-
ſenſio apud Autores claſſicos de rerum inuẽ-
toribus. At vero ſi referri debeat hæc Hip-
pocratis aſſertio ad ſuperius allata de Auro
metallo, quod nominis deriuationem habeat
ab eius inuentore, qui diceretur Aurus, vel
Auriõ, vt videtur ſibi velle Feſtus hoc in lo-
co; ſane male citatur Medicus Hippocrates
antiquus ille Cous, qui nihil de lingua latina
ſciens, Auri metalli nomen pure latinum ab
eius inuentore, qui diceretur Aurus, dedu-
cere non potuit: ſed quia præter illum, nul-
li fuerunt alij recentiores Medici eodem no-
mine nuncupati; quod cõteſtatur in Anthro-
pologia Volaterranus; quid ni fieri potuerit, ¶ lib. 16.
vt inter Latinos homines, aut poſteriores
Græcos Latine ſciẽtes, Medicus fuerit aliquis
Hippocrates appellatus, cuius hanc Auri de-
riuationem Feſtus hoc loco citat? Certe Mar-
tialis meminit Hippocratis Medici ſui, qui
cũ poetæ ſtomacho laboranti miſiſſet ama-
rum absynthij ſuccum bibendum, ab eo vi-

G cilſim

ciſſim dulce mulſum efflagitabat; cuius fa
ctũ æger ſalſe carpit more ſuo his verſiculis
& comparat cũ ſtulta permutatione armo
v 6. Iliad. aureorum Glauci cũ ferreis Diomedis; de qu
Homerus.

Santonica medicata dedit mihi pocula virga:
Os hominis! mulſum me rogat Hippocrates.
Tam ſtupidus nũquã, nec te puto, Glauce, fuiſ
Chalcea donanti Chryſea qui dederas.
Dulce aliquis munus pro munere poſcit amaro.
Accipiat, ſed ſi potat in elleboro.

Vnde cõſtat Hippocratem quemdã Medicu
Romanũ, aut Latinũ fuiſſe, quem vt Ma
tialis, ita Feſtus nõ male citare potuit de Au
denominatione ab eius inuentore; ſiue h
vnus fuerit Hippocrates Medicus Martia
& Feſti, ſiue alter. Porro Aurus, vel Auri
ille, qui primus croceũ metallũ inuenit, ſ
in fluminum ramentis permiſtum, ſeu in p
teorum effoſſis ſcrobibus impactum, ſeu
ruina montium detectum; quo triplici m
x lib. 33. c. 4. do x Plinius apud nos Aurum reperiri tra
dit; eadẽ ratione flauo metallo nomen A
ri ſuum impertitus eſt, qua Chalybes pop
li ferro ab ſe inuento nomen Chalybis indi
y lib. 2. c. 19. runt, Polydori, Vergilij relatu in opere de
rum

um Inuentoribus : quod præter Plinium
otauit [x] Tzetzes in Chiliadibus aſſerens, x l.10.c.338.

χάλυβες ἔθνος ἔγγιστα τελοῦν τῆς τραπεζοῦντος,
οὗτοι λέγονται σίδηρον ἐρευρηκέναι πρῶτοι,
καὶ τὸν χαλκὸν ἢ χάλυβον, χαλκόν τε λέγουσί μοι,
οἷα καὶ τοῦτον εὕρεμα τελοῦντα τῶν χαλύβων.

hoc eſt

halybes gens proxima exiſtens Trapezunti,
Iſti dicuntur ferrum inueniſſe primi,
Atque æs vero chalyben; æs autem dicunt mihi,
Velut & hoc inuentum ſit Chalybum.

Nec tamen obſtat quod [z] Plinius de Auri tra- z lib. 7.c.26.
it inuentoribus his verbis, *Cadmus Phœnix d Pangæum montem primus inuenit auri metalla, & conflaturam; vt alij Thoas & Eaclis in Panbaia, aut Sol Oceani filius; cui Gellius Medicinæ uoque inuentiorem, & mellis aſſignat.* Quia & variæ ſunt de rerum inuentoribus variorum pimiones; & varijs in locis eiuſdem metalli plures eſſe potuerunt primi repertores, Cadmus ad Pangæum montem, Thoas & Eaclis n Panchaia, Sol Oceani filius in *Hiſpania*, & Aurus vel Aurion in Latio, vel alibi in Italia.
Subdit Feſtus.

Quidam a ſimilitudine Auroræ coloris nomen traxiſſe exiſtimant.

Hi certe veteres Latini a Feſto citati refragātur inclyto Salmaſio, qui ſupra ſtatuerat, Latinos deduxiſſe nomen Auroræ ab Auro; quum viciſſim hic habeamus eos *Auri* nomen ab *Aurora* deriuaſſe; ac non ſine ratione, quia præſtat a cæleſtibus terrena ſibi nomenclaturā deſumere, non viceuerſa denominari digniora a vilioribus; quod Ariſtoteles decreuiſſe videtur, tum vbi [a] ſcribit, reprehenſione dignos eſſe illos, qui videntes noſtratia generationi & corruptioni obnoxia, cæleſtia viciſſim ortus ac interitus immunia; a noſtratium conditione cælum totum, ac mundum generabilem & corruptibilem habere naturam ſtatuunt; quum iuſtius fuiſſet propter cæleſtia illa, iſta etiā noſtratia abſoluiſſe a labe generationis, & corruptionis; quam propter iſta viliora, illa nobiliora interitui condemnaſſe: tum vbi ſanxit apertis verbis, [b] iuſtum eſſe denominare omnia a fine, vtpote ab [c] optimo; qui decreuit cælum eſſe [d] finem, ſeu continere finis rationem erga noſtratia. Licet vir egregius denominationem Varronianam reſpexiſſe videatur, qua ſcribitur, [e] *Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo quod ab igne Solis tū aureo aer aureſcit:*

[a] 4. metā. 8. 22. 32.
[b] 2. de an. cap. 49.
[c] 2. phys t. 23
[d] 1. cæl t. 100
[e] 6. de lin. lat.

reſcit : quum tamen Varro de *Auro* non metallico, ſed metaphorico verba fecerit.

Non nulli quia mentes hominum auertat. Bene Scaliger hic iunior *veretur ne Paulus prætermiſerit, quod clarius Feſtus expoſuerat; Non nulli quod mentes hominum auruncet, ideſt, auertat; indifferenter enim Auruncare & Auerruncare dicebant; vt Cauneas pro Caue ne eas: Gloßarium, Auruncus* θεὸς ἀποτρόπαιος, Deus *Auertens* : *nam ita in veteribus codicibus non ſemel legi. Quin & Aurunci veteres Italiæ populi ab eadem mente dicti, quod eſt idem ac* ἀποπαθέντες, *auulſi a ſedibus ſuis, quod nempe* πλανῆτες, errones, & *Aborigines fuerint.*

Alij a Sabinis translatum, quod illi Auſum dicebant. Nimirum S litteræ magna eſt cum R cognatio & cum T; nam & S in R, & rurſus R in S tranſit; ſimiliterque de T. quod obſeruauit f Quintilianus inquiens, *Nam vt Valeſij, & Fuſij in Valerios Furiosque venerunt; ita arbos, labos, vapos etiam, & clamos, ac laſes, ætatis fuerunt: & hæc ipſa S littera ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit; nã mertare, atque pultare dicebant.* Hinc apud Iuriſconſultos legitur Lex g Fuſia Caninia, quæ a Furio & Caninio Coſſ. lata fuit. *Hoc* ipſum

f lib. 1. c. 4. vel. 6.

g 1. Inſtit. tit. 7.

multo

b de ling. lat.

multo ante Quintilianum [b] Varro notauerat inquiens, *At quas memorat noſſe vos eſſe Caſmenas. Caſmenarum priſcum vocabulum, ita natũ atque ſcriptum eſt: alibi Carmenæ. ab eadem origine ſunt declinatæ: vt in multeis verbeis, in quo antiqui dicebant S, poſtea dicunt R. vt in Carmine Saliorum ſunt hæc, Coſauli, Doloſi, Eſo. Omnia vero ad patula conueniſſe. Iam Cuſiacij Muſes, Ruſe, dumque Janus venet: poſt Melios, Melior: Fœdeſum, Fœderum: Pluſima, Plurima: Aſena, Arena: Ianitos, Ianitor. Quare Caſmena, Carmena: inde Carmina. R poſtea extrito Camena factum.* Quum illas priores etiã voces poſteriori æuo mutata S littera in R pariter ex his inſinuet Varro pronuntiatas & ſcriptas fuiſſe Corauli, Dolori, Ero: Curiatij, Mures, Rure: conſtituens Omnia conueniſſe patula ſuę tempeſtatis vocabula; quum priſca illa populo, coæuo Varroni, non ita paterent, ſed hominibus tantum litteratis. Scaliger hic pluſquam nimium mutans verba contextus, audiri mihi non potuit. Vix enim audemus vocem *Coſauli* diuidere in duas dictiones, *Cos auli*, ac vt *Cos* autore Varrone verti debet *Cor*; ita non negauerim Scaligero *auli* vertendum eſſe *Olli*, vt paſſim apud veteres, *Aula*, verti-

tur

tur *Olla*; verbum vero vetus *Olli*, recentiori ætate, Varronis etiã obſeruatu, vertitur *Illi*; vt in carmine Saliari haberi potuerit, *Cor illi Dolori Ero*: licet exiſtimem has dictiones in carmine priſco nõ haberi deinceps immediate collocatas; at Varronem ex plurimis verſibus eas voces decerpſiſſe, in quibus ad ſui placiti confirmationem S vertitur in R. Sed quod in codice noſtro legimus *Coſauli*, legit in ſuo Turnebus eruditiſſimus *Oſculo*, & nullo negocio, nullaque violentia vertit *Orculo*, quod nomen ab Orco deducit. Eamdem ſententiã *Macrobius* habet in [i] Saturnalibus inquiens, *Nõ eſſe ab re puto hoc in loco id quoque admonere, quod Decemuiri in duodecim tabulis inuſitate* Nox *pro* Noctu *dixerunt. verba hæc ſunt. SEI. NOX. FVRTVM. FACTVM. ESIT. SEI. IM. OCCISIT. IOVRE. CAESVS. ESTO*

[i] lib. 1. cap 4.

In quibus verbis id etiam notandum eſt, quod ab eo quod eſt, is, *non*, eum, *caſu accuſatiuo ſed*, im, *dixerunt*: Nos etiã ad noſtrum hoc inſtitutum reſpicientes dicimus verbum, *eſit*, poſteriori ſeculo dictum, *erit*, mutato S. in R. Ex allatis itaque ſatis aperte conſtat loco citato ab inclyto viro *Feſtum* denominare *Aurum* Latino-

tinorum, vel ab Auſo Sabinorũ; vel ab Auerſione, ſiue Auruncione, Auerruncationeue mentis humanæ ad ſui valorem; vel a ſimilitudine coloris cum Aurora; vel ab eius inuẽtore, qui diceretur Aurus, Aurionue; vel a verbo græco ὠρεῖν, quod Cuſtodire ſignificat; quũ Aurum ab hominibus præcipue cuſtodiatur: non autem a nomine græco αὐρὸς iam obſoleto, quod Græcis antiquioribus eſſet in vſu, illisque ſignificaret idem atque χρυσὸς; nã apud nullum autorẽ priſcũ legimus αὐρὸς pro χρυσὸς. ad Aurum metallum ſignificãdum, quicquid aſſerant ambo Scaligeri; quos hic audiuit inclytus Salmaſius, & nouiſſime quoque doctiſſimus Bachmanus agens de Originibus Linguæ Latinæ. Amplius autẽ, ἐκγόνους Οὐρανῦ vir præcelſus cũ veteri Scholiaſte *Gratias* interpretatur hoc in loco; quam ſententiam, vt nuperrime tetigimus, amplecti nullo modo poſſumus; quia Gratiæ vbique deſignant & ſecum afferunt venuſtatem, pulchritudinem, & claritatem; ob id etenim nudæ pinguntur, & Veneris aſſeclæ ab omnibus ſcriptoribus eſſe ponuntur, vt pote leporem & iucunditatem aduehentes; quorum nihil eſt in hoc poematio ſumme tenebricoſo, maxi-

me-

meque ſcabro, & lectorum mentes miris modis cruciante. Gratijs adiuuantibus effictum dices illud poemariũ, in quo nullæ Veneres, nulli lepores, & quod putas, eruditiſſime Salmaſi, cum Luciano eſſe miſerrimo ſermone deſcriptum? Nos ex hoc epigrammate nouimus non eſſe ſeniori [c] Scaligero ſubſcribẽdum, qui ſcribere non dubitauit, Muſas eſſe Gratiarum tum perpetuas ſocias, tum etiã affines; quum in hoc Altaris idyllio Muſas videamus, Gratias nullas aſpiciamus. Poſterius & illud mihi ſuſpectum eſt, quod certo certius eſſe dicit vir acutus, τριπάτορα ſcilicet Mineruam appellari; & hoc non ob aliã, inquit, rationem, quã quod Tritogenia nũcupetur; ſiue enim quod exorta dicatur ex [d] Tritonia palude, ſiue quod ad [e] Tritonẽ fluuium Libyæ nata ſit, ſiue quod ex capite Iouis, quod a Cyprijs ac Bœotijs [f] Trito, & ab Athenienſibus [g] Tritona nuncupatur; ſiue a Triangulo æquilatero denominationẽ habeat, vt Plutarchus conteſtatur; ſiue quod tertia [i] poſt Apollinem, atque Dianam orta in lucem venerit; non video ex his Mineruam appellari poſſe τριπάτορα; quum ideo nec tres patres habere, nec ter-patrem eam eſſe con-

H ſtet.

[c] 1. poet. c. 2
[d] Sex. Pmòp.
[e] Suid.
[f] Gyrald. ſyntag. 11.
[g] Suid.
[h] Plutarh. opus. de Sid. & Oſyrid.
[i] Suid.

ſtet. Sed & hic præterire non debeo, Ma-
gni autorem Etymologici non indigere cor-
rectione viri præclari; Mineruam enim il-
Tritogeniam appellat, quod ex capite Iou
orta ſit, velut ex matrice: Nec aliam ſent-
tiam habet, meo iudicio Suidas, dum aſſ
rit Mineruam dici Tritogeniam, quod e
ventre, & matrice, & ex capite Iouis exi
rit; non enim hæc veluti tria diſtincta prin-
cipia originis Mineruæ propoſuit Suidas
quid enim a ventre differat matrix apud v
rum ſenſatum in ortu puellæ? Ceterum vu
Suidas, ipſi Mineruæ naſcenti caput Iouis e
titiſſe ventrem, ac matricē: Etymologicus
Suida minime diſſentiens, ſat habuit aſſerui
ſe Caput Iouis fuiſſe matricem, vnde *Mine*
ua exoriens prodierit in lucem: quod aperti
ſime conſtat ex ipſomet *S*uida, ſubijcient
rationem nominis Tritogeniæ; ſcribit enin
*M*ineruam appellari Tritogeniam, quod e
ventre, & matrice, & ex capite Iouis exieri
non quidem eo quod hæc tria fuerint diuer
ſa primordia *M*ineruæ naſcentis; vt cenſ
eruditiſſimus *S*almaſius; ſed eo quod Capu
quod Palladi fuit venter genialis, & matri
originis, Æolenſium dialecto, quemadmo
dum

dum edocet Ariſtophanes in Nubiū Comœdia, Trito nuncupetur. Quod autem hoc dictum putat vir ſublimis e textu Suidæ eſſe expungendum, quoniam alio pertineat, huc non attineat; id mihi nulla ratione probatur; quū viciſſim hoc ad cauſſam proxime dictorum reddēdam maximopere ſpecter, vt vnicuique patet Suidæ verba legenti. Quod vlterius vir acutus in explicatione verborum Simonidis ab Euripidis Scholiaſte citatis meminit matutinarum purpurarum, quarum ſanguine Phryxæi vellus arietis infectū fuerit, niſi mendum ſit Typographi, qui *marinarum* edere debuiſſet; iam tenebatur explicare Salmaſius inclytus quæ nam forent illæ purpuræ matutinæ: ſed verba Simonidis marinarum purpurarum, non autem matutinarum ſenſum habent, καὶ Σιμονίδης δ' ἐν τῷ Ποσειδῶνος ὕμνῳ ἀπὸ τῶν τῇ θαλάσσῃ πορφυρῶν κεχρῶσθαι αὐτὸ λέγει. hoc eſt, *& Simonides quidem in Neptuni hymno a marinarum purpurarum ſanguine ipſum infectum dicit.*

Quod inſuper ait Vir catus, Venerē purpureā dici ob pulchritudinē, non ita gratis accipimus: nā apud Bionē legimus Venerem vſam fuiſſe purpureis veſtibus; vnde a conſueto co-

lore veſtium purpurea dici potuit ; Bionis Smyrnei metra ſunt in Idyllio Adonidis.

Μηκέτι πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι Κύπρι κάθευδε·

Ἔργεο δειλαία κυανοςόλε, καὶ πλατάγησον

Στάθεα, καὶ λέγε πᾶσιν, Ἀπώλετο καλὸς Ἀδώνις.

hoc eſt,

Ne amplius purpureis in veſtibus dormias Venus:
Surge miſera pullata, & plange
Pectora, & dic omnibus, periit pulcher Adonis.

Sic igitur in propoſito non habemus ab inclyto Salmaſio, quæ ſtudioſis plene ſatisfacere valeant: Quare clariſſimos alios viros audiamus.

Tertia verſio poematis Aræ a Souero propoſita.
Cap. VI.

BArtholomæus Souerus, nuper in hac Antenoris Academia Mathematicarum Doctor eximius, in litteris politioribus egregie verſatus, primus omnium Latinam mihi talem Aræ noſtræ faciem oſtendit,

Non

Nō me attramētū caliginoſū ſacrorū
Guttatim tamquam purpuram
Colore ſanguineo tingit :
Gladij vero ſuper lapidibus Naxijs incitati
Poſſeſſione abſtinent Panos: non vortice fumoſo
Me nigrā reddit viſcus frāgrās germinū Nyſæorū.
Vides enim me Aram neque auri
Plinthis, neq; argenti cōpactam glebis:
Neq; , quā Cynthia proles fabricauit
Sumēs cornua balantium caprarum
Quæ paſcuntur circa
Accliues colles Cynthiæ ,
Aequiualens mihi eſt.
Nam cum cæli Filiabus
Conſtruxit me enneas terrigena,
Quibus ſemper-viuentem artem
Annuit Rex immortalium .
Tu vero bibens ex fonte , quem
Filius effudit Gorgonis ,
Sacrificijs ac oblationibus mihi
Hymettia multo dulciorem
Libationem audacter intrepide veni
Ad meam fabricam ; pura enim ſum ego
Venenatorū mōſtrorū, qualia occultabat illa
In Noualibus Thraciæ , quam prope Myrinam
Tibi Tripater purpurei fur dicauit arietis .

Quarta verſio Aræ Oſiana gemina proponitur. *Cap. VII.*

POſt hos inclytos viros, quarto loco Felix Oſius, *A*rtis Oratoriæ in Patauina *S*chola clariſſimus Interpres, geminam *A*ræ noſtræ verſionem habuit, quarum priorem ita propoſuit ad verbum,

Color non me ater ſacrorum
Guttis tamquam purpuram
Colore ſanguineo tingit :
Gladij autem ſuper lapidibus Naxijs incitati
Peculio abſtinent Panis , non vortice fumi
Viſcus frāgrās obfuſcat me plātarū Nyſęarū,
Nam vides me Aram neque auri
Laterculis,neque argēti cōpactā glebis:
Neq; quā Cynthia proles fabricauit
Accipiens caprarum cornua
In accliuibus iugis
quotquot paſcūtur Cynthię,
Aequiponderans mihi eſt .
Nam cum cæli filiabus
Nouenarius me cōſtruxit terrigena,
Quibus æternam artem
Annuit rex immortalium .
Tu vero bibens ex fonte,quē
Filius excauauit Gorgonis,
Cū victimis & oblationib. mihi
Hymetti melle dulciorem
Libationē intrepide,& audacter veni
In meam ſtructuram ; pura enim ego
Ab illis mōſtris venenatis,qualia occultauit illa
In noualibus Threicijs , quam prope Myrinam
Tibi Tripater purpurei fur dedicauit arietis .

Po-

Poſteriorem autem eiuſdem *Aræ* verſionem liberiorem appellauit, & ita propoſuit vir egregius; Non me atramentum ſepiæ obſcurum ſacrificiorum guttatim tamquam purpuram ſanguineo colore tingit: Gladij vero ſuper lapidibus Naxijs incitati a poſſeſſione Panos abſtinent: non me vortice fumoſo nigram reddit viſcus fragrans plantarum Nyſæarum. Vides enim me *Aram* neque auri laterculis, neque argenti glebis compactam: Neque æquiualens mihi eſt ea, quam Cynthia proles conſtruxit accipiens cornua balantium caprarum, quæ paſcuntur in accliuibus iugis Cynthi: Nam cum cæli filiabus me nouenarius terrigenarum numerus ædificauit, quibus æternam artem annuit rex immortalium. Tu vero bibens ex fonte, quem filius excauauit Gorgonis, cum oblationibus libationem Hymetti melle mihi longe dulciorem audens accede ad meam fabricam; pura enim ſum a monſtris, qualia occultauit in noualibus Threicijs ea, quam prope *Myrinam* tibi o *Tripater* purpurei fur arietis dedicauit.

Quin-

Quinta verſio, & explicatio doctiſſimi Vecchij. Cap. VIII.

VLtimo loco Bartholomæus Vecchius, in almo Gymnaſio Patauino primarius Iuris Ciuilis profeſſor, ſuauiorum *M*uſarum alumnus eximius, eamdem *A*ram vertit, & illuſtrauit in hanc ſententiam,

a Attramētū nō me nigrū victimarū
Guttis, ſicut b Calcham
Cruentis tingit:
Cultri autem ſuper petris Naxijs exacuti
c Poſſeſſionib. parcunt Panis: nō flexuoſo fumo
Viſcus odorus denigrat d trūcorū me e Nyſiorū.
Etenim Aram inſpicis me neque f auri
Lateribus, neque g Alybæ compactā glebis:
Nec quam h Cynthogena ſtruxit proles
Accipiens i mugientium cornua,
Alta prope iuga
Quot paſcuntur k Cynthiæ
Aequalis fuerit mihi:
Cum Cæli enim l Natis
m Enneas me ſtruxit terrigena:
Harū autē sēper viuētē artē
n Annuit o rex immortalium.
tu aūt, o qui bibis ex fōte, quē
Filius p fodit Gorgonis
Sacrificaque libaque mihi
q Hymettio melle longe dulciorē
Libationē: r Abunde veni igitur cōfidēs
In meum ſ congreſſum; pura enim ego
Venenū-mittētiū t mōſtrorū, qualia cælauit illa
Prope nouas Thracias, quam ad Myrinen
Tibi u Tripater purpurei fur conſecrauit arietis.

ver-

a verbum græcum proprie ſignificat atramentum ſepiæ; ſed hic videtur latius accipi pro re nigra, ſeu liquore nigro.

[b] eſt genus herbæ, quam alii volunt eſſe idem cum Caltha, alii cum Bouis oculo.

[c] Poſſeſſiones Panis ſunt capræ & ſimilia.

[d] Arborum, plantarum, ramorum.

[e] A Nyſa monte Arabię, vbi naſcuntur arbores thus emittentes.

[f] In textu eſt ταγχέρυ, quam vocem ſunt quì dicant ſignificare aurum apud Perſas; quod vt illis concedamus, non ſit mihi veriſimile elegantiſſimum Poetam voluiſſe hoc poemation, ceteroquin purum putum Græcum, Perſico vocabulo inquinare. Nec probatur mihi emendatio Salmaſii, vt legamus αὐρῦ, id eſt, auri; quum αὐρὸς pro auro apud Græcos Autores non inueniatur. ego, ſi quidem mutandũ eſt, legerem Κροίσυ, de cuius diuitiis Herodot. lib. 1.

[g]. eſt regio, vbi ſunt Argenti fodinæ autore Homero.

[h] Significatur Apollo, qui natus eſt in Cyntho monte Deli inſulæ.

[i] Capræ ſignificantur, ex quarum cornibus dextris erat compacta Ara Apollini in inſu-

la Delo.

[k] Delus hic vocatur Cynthia a Cyntho mõte

[l] Vel dic, *Nepotibus*, *poſteris*, *liberis*, &c. d
quibus autem intelligat *A*utor, inquirẽdum

[m] Enneas ſignificat nonarium numerum, ſi
cut Decas denarium; & ob id *S*almaſius hi
*M*uſas intellexit.

[n] *I*unxi accuſatiuo, vt magis exprimerẽ vim
græci idiomatis. *S*ic Virgilius,

. . . . . *Cæli quibus annuis arcem.*

[o] Vel, *Pater*; nam regem, & patrem ſigni-
ficat vox græca.

[p] vel, *percuſſit.*

[q] In Græco eſt nomen patronymicum, ſigni
ficatque generatos Hymetro mõte, vel gene-
rata; ego vero accepi pro melle; quam voc
addidi declarationis gratia.

[r] Iunge cum voce *Confidens.*

[s] Vel, *Adeptionem*, *adquiſitionem.*

Retinui phraſim græcam, *Pura monſtrorum*
pro, a monſtris. Horatius, *Scelerisque purus*

[u] Vox græca ſignificat *triplicem-patrem-habẽs*
vel eum, qui eſt *ter-pater*. Poteſt etiam eſſe
nomen proprium.

Affer-

Affertur opinio noſtra, qua cēſemus Autorē huius Aræ non eſſe Doſiadam; & hanc ſuā Arā ſymbolicam diſtinguere ab Altari quouis materiali; ac introducere hortantem ſtudioſos ad pāgēda poemata. Cap. IX.

Nos autem ad huius Aræ commentationem accedentes, in primis adnotamus ipſius Autorem non fuiſſe Doſiadam; quū enim teſtimonio Luciani Doſiadas non plures Aras poeticas conſtruxerit, ſed vnicam; eamque tenebricoſiſſimam, & difficultate cum Lycophronis Alexandra, poemate nimirum obſcuriſſimo, contendentem; quando hac Ara difficilior eſt alia, quam mox explicabimus, vt conteſtatur etiam Salmaſius; iam hæc non agnoſcit autorem Doſiadam. Deinde vero quum eiuſdem Salmaſii relatu nomen Doſiadæ autoris compertum ſit in vetuſto codice deſcriptum ad baſim alterius Aræ ab hac longe diuerſæ; non autem ad baſim, aut ad frontem, aut ad partem vllam aliam huius poematij; plane certo certius eſt huius Aræ Doſiadam autorem minime fuiſſe. Quis autem huius *Aræ* fuerit genuinus *Autor*, non niſi ille nouerit, mea ſententia, qui diuinare nouerit; abditus

a in Lexiphane

enim latet in altiſſima vetuſtatis maieſtate. Si coniecturis in propoſito locus eſſe valet, huic Aræ triplicem Autorem proponimus, ex quibus optionem habeant ſtudioſi verum ſibi eligendi. Primus omnium ſe ſe nobis offert Simmias ille Rhodius; qui dum in manubrio Securis Epei ſcribit ſe ſolum, Rhodi quum eſſet, feciſſe multiplicia metra carminis figurati; ſatis aperte ſignificat ſe præter Idyllia Securis, Oui, & Alulæ Amoris, condidiſſe poematium huius Aræ non minori obſcuritate, ac artificio compactæ; Multiplicia dicit ad differentiã tum Doſiadæ, qui ſolam compoſuit Aram Lemniam, de qua poſterius; tum etiam Theocriti, qui ſolam Syringam compegit; quam infra tractabimus. Secundo loco Gaditanus aliquis ignotus autor hanc Aram Poeticæ Arti dicare potuit; nam in ea gente vixerunt olim homines valde ſuperſtitioſi, qui dedicarunt Aras tum Senectæ, tum *Arti*, tum Paupertati vt admonet in *Apollonij Vita* * Philoſtratus his verbis, τὰ δὲ Γάδειρα κεῖται μὲν κατὰ τὸ τῆς Εὐρώπης τέρμα περιττοὶ δὲ εἰσι τὰ θεῖα. γήρως οὖν βωμὸν ἱδρυνται, καὶ τὸν θάνατον μόνοι ἀνθρώπων παιανίζονται. Βωμοὶ δὲ ἐκεῖ καὶ πενίας, καὶ τέχνης, καὶ Ηρακλέους Αἰγυπτίου, καὶ

* Lib. 5. c. 1.

ἕτεροι

τέροι τοῦ Θηβαίου. *id eſt, Gades autem in Europæ late-*
ibus poſitæ ſunt. Qui vero illas incolunt, non
eligioſi tantum, ſed & ſuperſtitioſi homines ha-
entur: Senectæ namque Aram dicarunt, ſolique
ominum feſtis cantibus Mortem collaudant. Sunt
uoque apud ipſos Arti, & Paupertati Aræ poſi-
æ, ſicut Aegyptio, & ſeorſum Thebano Hercu-
i.

ortaſſis igitur & Gaditanus *A*nonymus ali-
quis, ex eorum numero qui *A*rti & Pauperta-
i conſecrarunt *A*ras, conſimiliter *A*ram ere-
it hanc *A*rti Poeticæ, quę *A*rs inutilis &
pauperum ab Ouidio dicitur, cui Poeticam
*A*rtem plurimum colenti, relicto foro, vnde
ibi comparare volebant ſui †diuitias,

†4 de Triſtib.

Sæpe pater dixit, Studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipſe reliquit opes.

Tertium *A*ræ præſentis *A*utorem damus
*A*nonymum pariter Pythagoricum, qui cru-
entas *A*ras vulgares euitans, & materiales
oblationes aſpernatus, Dijs laudes, & hym-
nos ad *A*ram canere ſe debere cenſeret; quũ
apud Philoſtratum initio Vitæ *A*pollonij
alia legamus, Ἐσῆτά τε τῶν ἀπὸ θνησειδίων παραιτοῖτο
ἂι καθαρεύσαι βρώσεως, ὁ πόσῃ ἐμψύχων, καὶ θῦσαι. μὴ γὰρ
αἱμάττειν τοὺς βωμοὺς, ἀλλ' ἡ μελιττοῦτα, καὶ ὁ λιβανωτὸς α
αὶ ὁ ἐφυμνῆσαι φοιτᾶν ταῦτα τοῖς θεοῖς παρὰ τοῦ ἀνδρὸς τούτου. γι-

νώσκειν

γνώσκειν τὲ ὡς ἀσπάζοιντο οἱ θεοὶ μᾶλλων τὰ τοιαῦτα, ἢ τὰ ἑκατόμβας, καὶ τὴν μάχαιραν ἐπὶ τῦ κανῦ. ξυνεῖναι γὰρ τοῖς θεοῖς, καὶ μανθάνειν παρ' αὐτῶν, ὅπῃ τοῖς ἀνθρώποις χα ρῦσι, καὶ ὅπῃ ἄχθονται, περί τε φύσεως ἐκεῖθεν λέγειν. *hoc eſt, Veſt tũ præterea ex morticina materia confectũ renui ſe Pythagoram dicunt, & ab animalium omni eſu abſtinuiße; nec tale quicquam omnino ſacri candum putaſſe; quod nefas eſſe diceret Deoru Aras ſanguine fœdari: ſed libis mellitis, thur que, & laudationibus magis erga Deos vtendu eße putaret: Talia enim ab hoc viro ſæpe Di offerebantur. Aſſerebat inſuper ſibi compertum eſſe Deos immortales huiusmodi ſacris longe ma gis quam hecatombe, quamque in caniſtro cult gaudere. Se enim aliquando Deorum interfuiß concilio, atque ab eis didiciſſe, quæ illis grata quæ contra haberentur. Jllinc etiam accepiſſe dic bat ea quæ de rerum natura proferre conſueui* Vt mirum non ſit ſi quiſpiam e Pythagoreo rum cœtu Diis ſolas laudes offerendas eſ cenſens, hanc *Aram* compoſuerit; ad quar homines Diis, hymnos laudationum offere tes inuitet. Vtcumque ſit, quum in hac *A* legamus, ipſam ſtructam fuiſſe ab Enne de Terrigena; hinc nos autorem circum ſcribentes ex verbis ipſius, ipſum in op ris titulo non ab re diximus eſſe Nonariu

Terri-

errigenam. Deinde vero animaduertimus
l in hoc Idyllio legi, quod nobis innuat
anc *A*ram Muſis, vel Gratijs, vel alteri
iipiam Numini conſecrari: ſed eam totã
unc ſolum finem ſpectare videmus, vt pro-
ıl ab ſe abeſſe probans ea omnia, quæcũ-
ıe ſenſus ac mentem hominum quapiam
tione turbare, lædereue poſſunt; ſibique
cens ineſſe, quæ hominis animum miri-
ce delectent, ſeque ipſam a vulgaribus *A*-
s omnino diuerſam oſtendens, ad ſui cul-
ım inuitet, atque adhortetur homines ad
ɔemata pangenda, quicumque proluunt
bra [b] fonte caballino, vt conſtat e verbis
xtus; quæ dudum allata Græce, nunc ite-
ım Latine referuntur.

[b] Pers. in Prolog. Satyr.

ὀλὸς οὔ με λιβρὸς ἱρῶν
Λιβάδεσσιν οἷα κάλχην
Ὑπὸ φοινίησι τέγγει·
Ιαύλιες δ' ὕπερθε πετρῶν Ναξίων θοούμεναι
Ιαμμάτων φείδονται Πανὸς, οὐ στροβίλῳ λιγνύϊ
ξος εὐώδης μελαίνει τρεχνέων με Νυσίων·
Ις γὰρ βωμὸν ὁρῆς με μήτε ταγχῦρς
Πλίνθοις, μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις·
Οὐδ' ὃν Κυνθογενὴς ἔτευξε φύτλα
Λαβὼν τὰ μηκάδων κέρα
Λισσαῖσιν ἀμφὶ δειράσιν
Ὅσσαι νέμονται Κυνθίας
Ἰσόῤῥοπος πέλοιτό μοι·
Σὺν οὐρανοῦ γὰρ ἐκγόνοις
Εἰνάς μ' ἔτευξε γηγενής,
Τάων δ' ἀείζωον τέχνην
Ἔνευσε πάλμυς ἀφθίτων
Σὺ δ' ὦ πιὼν κρηνηθεν ἣν
Ἶνις κόλαψε Γοργόνος,
Θύοις τ' ἐπισπένδοις τε μοι
Ὑμηττιάδων πολὺ λαροτέρην
Σπονδὴν ἄδην, ἴθι δὴ θαρσέων
Ες ἐμὴν τεῦξιν: καθαρὸς γὰρ ἐγὼ
Ιὸν ἱέντων τεράων, οἷα κέκευθ' ἐκεῖνος
Ἀμφὶ νέαις Θρηϊκίαις, ὃν σχεδόθεν Μυρίνης
Σοὶ Τριπάτορ πορφυρέου φὼρ ἀνέθικε κρίου

Atra-

Atramẽtum ſepię nõ me nigrũ ſacrorũ
Guttatim tamquã cachlã
Colore purpureo tingit:
Machæræ vero ſuper petras Naxias exacutæ
Peculio abſtinẽt Panos; non tortuoſo fumo
Viſcus ardẽs obſcurat me ſtirpiũ Niſearũ:
Etenim *A*rã vides me neque Tãchuri
Plinthis, neq; Alybę cõpactã glebis.
Nec, quam Cynthigena ſtruxit proles,
*A*ccipiens balantium cornua
*A*rdua circa cacumina
Quotquot paſcuntur Cynthiæ,
Aequiualẽs fuerit mihi:
Nam cũ Cæli Neptibus
Enneas me ſtruxit terrigena,
Quibus ſẽper viuẽtẽ artẽ
*A*nnuit Pater imõrtaliũ.
Tu vero bibẽs ex fõte, quẽ
Filius excauauit Gorgonis,
Cũ victimis & oblationibꝰ mihi
Hymettia multo dulciorem *afferẽs*
Libationem largiter, Deſcẽde iã audacter
In meam ſtructuram; pura ſiquidẽ ego
Venenum mittentium monſtrorum, qualia occultabat illa
Circa nouas Thracias, quam prope Myrinen
Tibi Tripater purpurei fur dedicauit arietis.

Cuius Idyllij diligenter ſenſum explicaturi, primum illud obſeruamus, eius ignotum autorem introducere ſuam Aram de ſemetipſa loquentem, non multo miraculo, nec procul ab exemplo; nam c Plutarchi teſtimonio Dorotheus d inquit, Etiamnum duas eſſe Aras in Germania, quæ ſub id tempus ſonum tubarum edunt; quo victus bello Cimbrico Marius ſomnio monitus eſt victorem ſe fore, ſi filiam ſuam Calpurniam immolaret; quod ipſe fecit, ciuium Saluti naturæ vinculo poſthabito; ac vicit. Eodem e Plutarcho referente ſcribit f Critolaus Romanis bellum aduerſus Pyrrhum Epirotam gerentibus, oraculo victoria promiſſa eſt Aemilio Paullo, ſi Aram poſuiſſet eo loco, quo vidiſſet virum illuſtrem aliquem vna cum curru hiatu terræ hauriri. Triduo poſt Valerius Conatus, homo diuinus per ſomnium iuſſus veſtem pontificiam ſumpſit, & in aciem ſuos eduxit; ac magna hoſtium cæde edita, a terra abſortus eſt: Æmilius Aram ſtatuit, victoriaque potitus, centum ſexaginta elephantos Romam miſit. Sed & Apollonius apud g Philoſtratum aſſerit in Aethiopia Memnonis Auroræ filii ſtatuam eſſe in templo, quæ dum ab orientis Solis radiis.

c. Parallel. 20.
d. li. 4. Italicor.
e. pararll. 6.
f. 3. epiroticor.
g. lib. 6. c. 3.

dijs attingitur, admirabiliter emiſſa voce loqui ſolet. Quod & Lucianus in Toxari conteſtatur, aſſerens Memnonem vocem edere exoriente Sole: Quam rem explicatius refert Calliſtratus in Statuis inquiens,

Ἐθέλω δέ σοι, καὶ τὸ Μέμνονος ἀφηγήσασθαι θαῦμα: καὶ γὰρ ὄντως παράδοξος ἡ τέχνη, καὶ κρείττων ἀνθρωπίνης χειρός. Τοῦ Τιθωνοῦ Μέμνονος εἰκὼν ἦν ἐν Αἰθιοπίᾳ, ἐκ λίθου πεποιημένη· οὐ μὴν ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις ἔμενε λίθος ὤν. εἶχεν ἐξουσίαν φωνῆς. νῦν μὲν γὰρ ἀνίσχουσαν τὴν ἡμέραν, προσεφθέγγετο, ἐπισημαίνων τῇ φωνῇ τὴν χαρὰν, καὶ ἐπὶ ταῖς τῆς μητρὸς παρουσίαις φαιδρυνόμενος: νῦν δὲ ἀποκλινομένης εἰς νύκτα, ἐλεεινόν τι, καὶ ἀλγεινὸν ἔστενε, πρὸς τὴν ἀπουσίαν ἀνιώμενος. ἠπόρει δὲ δακρύων ὁ λίθος, ἀλλ' εἶχεν ὑπηρετούμενα τῇ βουλήσει καὶ ταῦτα.

ideſt. *Volo etiã tibi Memnonis miraculũ memorare: nam ſtupenda vere fuit ars, & humana manu præſtantior. Memnonis Tithoni filij ſimulachrum erat in Aethiopia e marmore ſculptum: verumtamen id ſuis in limitibus non remanſerat, neque taciturnam naturam retinebat; ſed quum ſaxum eſſet, vocis facultatem habebat: nunc enim orientem diem alloquebatur, voce gaudium deſignans, & ob matris præſentiam exhilaratus: modo ad noctem inclinata die, miſe-*

randum & anxium quoddam gemebat marmor ob abſentiam mœrore affectum. Neque vero lacrymis carebat : quin has quoque voluntati miniſtrantes habuit . Vt proinde nunc Poeta noſter Aram loquentem inducens , non egrediatur limites artis poeticæ , quæ debet eamirabilia ponere, quorum aliqua præfuerint exempla , ſaltem ſecundum famã ; talia enim ſunt veriſimilia. Hunc Autorem ſecutus & imitatus eſt hac in re [b] Publilius Optatianus , & ipſe ſymbolicam Aram de
b. encycl. ſemetipſa loquentem afferens ; quam , poſterius explicabimus oportune. Sed & præter hæc *A*ltarium exempla, nihil hoc eſſet mirum apud Poetas , qui paſſim perſonas loquentes mutis rebus attribuunt ; ſic in Phætonte loquitur Terra & Eridanus , in *A*rgonautis Nauis , ab *A*rgiuis Heroibus , quos ferebat, Argo denominata ; Ciceroni
i 1. Tuſcul. in Prometheo Mons , & Mare in Ariadna ;
k 1. poet. cap. 16. ne plura recenſeam alia , de quibus [k] Scaliger. Sed iam ſingulas Aræ noſtræ partes cõſideremus ſeorſum .

Ὀλὸς ἐ μὲν λιθρὸς ὁρᾶν
Λιβάδεσσιν οἷα κέγλην
Ὑπὸ φοινίκῳ τέγγει.

hoc

hoc eſt

Atramentum ſepiæ non me nigrum ſacrorum
Guttatim tamquam Cachlam
Colore purpureo tingit :

metipsã Ara noſtra diſtinguit ab Aris ma-
rialibus, multas in medium afferens differē-
ns ; primum ſane diſcrimen huius Aræ puri-
s eſt, & mundities; ait enim ſe non eſſe victi-
arum ſanguine fœdatam, apud † Lucretium † lib. 1.
Aulide quo pacto Triuiai Virginis Aram
Iphianaſſai turparunt ſanguine fœde
Ductores Danaum delecti prima virorum.
que apud Virgilium l. 2. Aeneid.
Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamum-
que per Aras
Sanguine fœdantem, quos ipſe ſacrauerat ignes :
uando Pyrrhus ob cędem Polytis maledicen-
m ſibi genitorem Priamum
. . . . . . *Altaria ad ipſa trementem*
Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati;
Implicuitque comam læua ; dextraque coruſcum
Extulit, & lateri capulo tenus abdidit enſem,
tri ſuo Pelidæ victimam cædens inimicæ
gentis

a Idyll. 17. gentis inclytum regem. & apud [b] Theocrit
laudatus Rex Ptolemæus

Πολλὰ δὲ πιανθέντα βοῶν ἐπὶ μηρία καίει,

Μασὶ περιπλομένοισιν, ἐρευθομένον ἐπὶ βωμῶν

idest,

Multa vero pinguia exta boum incendit,

Menſibus circum actis in aris rubentibus,

ſanguine nimirum cęſorum animalium, qu
dum in victimas ad Aram iugulabantur, e
iis vulneratis cruor cum impetu proſiliens
plurimis guttis *A*ram adſpergebat: Immo v
ro victimæ licet ad imum Altaris mactatæ, r
cens tamen cæſæ, adhucque cruorem ſtilla
tes impoſitæ ſuper *A*ltare, guttis ſanguine
ipſum non commaculare non potuerunt: Vn
Scholiaſtes, qui argumẽtũ ſcripſit ad Philoct
ten Sophoclis Tragœdiam, dixit Danaos in
buiſſe ſanguine victimarum *A*ram Chryſæ M
neruæ, his metris,

Ἐν χρύσῃ Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον,

Ἐφ' ὅπερ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θῦσαι μόνοις.

Quæ ſic Latio tranſlata leguntur ab erudi
viro,

Chryſæ Mineruæ Aram terra quondam obruta

Quam victimarum imbuere ſanguine Danaos

Reſponſa Diuum iuſſerant.

vnde

vnde Lycophrō in ſua Caſſādra fauens huic ſententiæ noſtri Nonarii ſcribit,

ὅταν θανὼν λήταρχις, ἱερείας σκύλαξ,
πρῶτος κελαινῷ βωμὸν αἱμάξῃ βροτῷ.

idest,

Quando mortuus flamen, ſacerdotis catulus,
Primum nigro cruentabit Aram ſanguine.

Et Ennius in Andromacha infit,

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari,
Iouis Aram ſanguine turpari,
Hectoris natum de muro
Troiano iactari.

Ac Lucianus in ſuo Sacrificiorum Dialogo de propoſito ſcribit in hanc ſententiam, Dum Olympia celebrantur, conſtitutis Aris, deſignatis ſacrorum ſeptis, puris vaſis collocatis, victimas offerunt, bouem aratorem Agriola, agnum Opilio, capram Caprarius; eſt qui thus, eſt qui placentulam offerat: at ſi quis pauper, is ita Deo litat, vt dextram dumtaxat ſuam ipſius exoſculetur. Iam vero qui immolant (nam ad illos redeo) primum ſertis coronant pecudem, multoque ante explorant num legitima ſit, & ſacris idonea, ne quid forte mactent ex his, quæ religio repudiat; diende ad Aram

appli-

applicant, & ſub oculis Dei iugulant, flebile
duiddam emugientem, beneque (ſicuti licet
conijcere) ominatam; denique voce iam
leuiore ad ſacri tibias reſpondentem: Atqui
Sacrificus ipſe ſanguine fœdatus, non aliter
quam Cyclops ille pecudem incidit, inteſti-
na educit, cor euellit, cruorem Aræ circum-
fundit; & quid tandē non obiens peragenſ-
que quod ad pietatem ſacrorumque ritum
pertineat? Poſt omnia demum incenſo
igni, capram ipſam pariter cum pelle de-
portatam imponit, ipſam item cum lani
Ouem. Nidor interim ille ſacer atque diui-
nus ſurſum fertur, atque in ipſum vſque
cælum ſubuectus paullatim diffunditur
iam vero Scythæ reliquis omnibus hoſtij
omiſſis, vt quas viles atque humiles exi-
ſtiment, ipſos homines mactant Dianę
atque eo ritu Deam placant. *Hæc ille.*
Vnde ſuperiora probantur aperte, quibu
dictum eſt, *Aras* veterum materiales vi-
ctimarum ſanguine fœdatas eſſe; & holo-
cauſtorum fumo denigratas: *Ara* vero no-
ſtra hęc inquit ſe non eſſe cruentis gutti
maculatam, neque fumo denigratam; quo
rum illud mentem, hoc autem oculos vi

cum-

rcūque lædere ſolet, fumus enim quilibet
ffendit illico maximeque noſtros oculos,
riſtotele [n] doctore, & experimento com- [n] 10. ſect. probl. 50.
robatore. Quoniam victimarum cruor 31. ſect. probl. 22.
per Aram ſæpius inſperſus, & exſiccatus,
gneque combuſtus, colorem atrū induere
onſueuit; adeoque non florido ac rubi-
undo, ſed tetro colore coinquinat Aras,
otiſſimū fumo admiſto; proinde ſcitiſſime
oſter Autor hunc hoſtiarum ſanguinem
ppellat nigrum ſacrorum, & atramenti
piæ vocabulo deſignat: Sed quia dum re-
ens funditur victimarum ſanguis, Aras
ubro colore tingit; ideo quoque dicit Ara
oſtra ſe non eſſe purpureo colore tinctam.
eu potius atri ſanguinis color purpureus
o dicitur, quod etiam nigra purpura repe-
iatur, vt infra patebit in fine capitis. Niſi
icamus quum animaliū ad ſacrificia deſti-
atorum tria genera reperiantur, aquatilia,
olatilia, atque terreſtria; nam elementum
gnis [o] Ariſtoteli nullum animal generat; [o] 2. de gen. an cap. 3.
idemque [p] fabuloſum dicitur, quod aliqui [p] 9. hiſt. c. 1. Senec. ep. 9.
arrant, Vireonē auem ex flagratione igniū
rocreari: Sin autem Cypriarum fornacum
lammæ [q] beſtiolas pennatas volitātes ha- [q] 5. hiſt. c. 19.

bent & alunt; animalia hæc inter volatil
continentur, & ſacrificijs apta non ſu
holocauſta. Et ſane aquarilium animaliu
ſacrificia fieri conſueuiſſe, Piſceſque dudu
inter holocauſtorũ victimas locum habu
ſe, teſtis locuples eſt [r] *Athenæus*, apud q
ex [s] Dorione ſcribit *Agatharchides*, Eximi
anguillas Copaidas *Bœoti* victimarũ mo
coronantes vouenteſque, & molas inijcie
tes, Deis mactare conſueuerunt. *Atque*
peregrinũ huiuſce generis inauditum ſac
ficium admirantem percunctantemqu
quemdam *Bœotum* hoc ſe ſcire reſpondi
aiunt, quod veterum ſtatuta legitima obſ
uare oportet; quodque alijs non licet ho
rationem reddere; nec admirari oportet
victimarum more anguillas ſacrifican
quando *Antigonus* [u] Caryſtius piſcator
inquit Neptuno ſacra perſoluentes, qu
proſpere captura ceſſerit, ſub ipſum Thy
norum tempus captum Thynnum D
mactare, ac ſacrificium huiuſmodi voc
Thynnæum. Sacrificantur ſalſamenta etia
apud Phaſelitas. Volatilia quoque victim
in ſacrificijs antiquitus adhiberi, conſtat
[x] Gyraldo, [y] Porphyrio, & [z] Euſebio;

vna-

[r] 17. dipnoſ. cap. 17.
[s] lib. de Piſcib.
[t] 7. rer. Europicar.
[u] lib. Dictionis.
[x] Synt. 17. Deor. Gẽt.
[y] 1. & 2. de abſtin. abeſu carn.
[z] 4. de præ. Euang.

vnanimes conteſtantur, Deis aereis volatilia offerri ſolita, corporibus holocauſtis, & ſanguine ad *Aram* circumfuſo. Volatilia etiam Deis marinis: Ita omnibus Deis, præterquam terreſtribus, volatilia immolari; *S*ed marinis ſolummodo nigri coloris volatilia. Et mox, Ceteris Deis idcirco volatilia ſunt offerenda, quoniam vniuerſa mouentur. At de volatilium ſacrificijs vetus oraculũ habemus apud † Euſebium in Euangelica Præparatione his verbis, † lib. 4.

Ὅσσοι δ' ἀμφὶ γαῖαν ποτώμενοι αἰὲν ἔασιν,
Τοῖς δὲ φόνου πλήσας πάντη πυριπληθέα βωμὸν
Ἐν πυρὶ βάλλε δέμας θύσας ζώοιο ποτανοῦ.

idest,

Qui vero circa terram volantes ſemper ſunt,
His cæde replens vndique igne plenam Aram,
In ignem iace corpus ſacrificans animalis volucris.

Terreſtria quoque animalia Dijs offerri victimas holacauſti, notiſſimum eſt, & nuper vidimus apud Lucianum. Modo *Ara* noſtra ſe prædicans mundiſſimam a ſanguine, abdicat a ſe cunctorum animalium ſacrificia, primumque beſtiarum aquatilium victimas

ab ſe arcet, dum ait, ſe non eſſe maculatam nigro atramento ſepiæ; tum quia ſepia piſcis eſt, cuius vnius nomine potuit Poeta genus vniuerſum aquatilium deſignare: tum quia piſcium ſanguis nigerrimus eſt inter omnia cruoris genera; quo nomine piſcibus atri cognomentum dedit [a] Horatius, cui

turpiter atrum
Deſinit in piſcem mulier formoſa ſuperne.

Ac vere piſces temperamento [b] frigidi; cordis, hepatis, ac lienis calore natiuo debili, non poſſunt ſanguinis ſui maſſam ab atro & fœculento excremento ſatis expurgare; quocirca limoſũ & obſcurum cruorem habent; quum magna ex parte [c] cœnoſo cibo veſcantur: Immo vero quum aer per reſpirationẽ in [d] arterias attractus, commiſtuſque ſanguini, ſua [e] perſpicuitate ſanguinem floridum rutilumque reddat; hinc piſces [f] pulmone, adeoque [g] reſpiratione carentes, eo beneficio aeris deſtituti, ſanguinem tetrũ ac limoſum gerunt. Piſces autem quondam ſacrificari conſueuiſſe, nobis innuit [†] Atheneus inquiens, dum agit de Citharo piſce, ὅτι ὃ διὰ τὸ ὄνομα ἱερὸς εἶναι νενόμισαι τῦ Ἀπόλλωνος, εἴρηκεν Ἀπολλόδωρος, hoc eſt, *Apollini ſacrum eſſe piſcem hunc, ob nomi-*

[a] Ad Piſones.
[b] 3. de gen. an. cap. 1.
[c] 4. hiſtor. cap. 15.
[d] Galen. de diff. febr. lib. 1. cap. 1. & ſeqq.
[e] 2. de an. t. 68. 1. de gen. t. 24.
[f] 2. de an t. 27.
[g] 1. poſter. anal. t. 99.
[†] lib. 7. cap. 26.

nominis affinitatem cum cithara, ſcribit Apollodorus. & infra* ſimiliter ait. Ἀπολλόδωρος *lib. 17. c. 28
δ' ἐν τοῖς περὶ θεῶν, τῇ Ἑκάτῃ φησὶ θυέσθαι τρίγλην διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος οἰκειότητα. τρίμορφος γὰρ ἡ θεός. Μελάνθιος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων, καὶ τρίγλην καὶ μαινίδα, ὅτι καὶ θαλάττιος ἡ Ἑκάτη. Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφὸς τρίγλην παραφέρεσθαι ἐν τοῖς Ἀρτεμισίοις, διὰ τὸ δοκεῖν τοὺς θαλαττίους λαγὼς θανασίμους ὄντας θηρεύειν ἐπιμελῶς, καὶ καταναλίσκειν. διόπερ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀνθρώπων τοῦτο ποιοῦσα, τῇ κυνηγετικῇ θεῷ ἡ κυνηγέτης ἀνάκειται. hoc eſt, *Apollodorus libro de Dijs, Hecate ſacrificari triglã inquit, ob nominis congruentiam, quia triformis Dea ſit. Melanthius libro de Myſterijs Eleuſiniis, ei Triglam, ac Mænida ſcribit immolari, quoniam etiam marina eſt Hecate. Hegisãder Delphus in Dianæ feſtis ac ſacris Triglam offerri ideo ſcribit, quod illum exiſtiment venenatum & mortiferum leporem marinum ſtrenue perſequi, & conficere: Quãobrem quum ſalutis hominũ cauſſa id faciat, Venatrici Deæ venatrix Trigla dicatur, & multo ante Bæotos ait Athenæus anguillas Diis immolare.* cap. 12

Remouet deinde abſe *Ara* noſtra volatiliũ ſacrificia, dum inquit, ſe non tingi purpureo

pureo colore veluti calchen; & hoc duplici ratione; quarum vna deſumitur a colore purpureo ſanguinis auium, quo ſe tinctam negat Ara noſtra; nam Aues vtpote inter omnia viuentia maxime aeris participia, ob aeris in ſanguine magnam vbertatem, cruorem obtinẽt viuido rubore floridiſſimum, ac ſumme purpureum: altera depromitur a voce Calche, vel chalcen; æque namque tranſponuntur huius nominis elementa, vt ex Heſychio conſtat, cui promiſcue κάλχη, & χάλκη, dicitur πορφύρα: *purpura*: modo

[b] 9. hiſt. c. 12. Chalcis [b] Ariſtotelis teſtimonio auis eſt, quę raro apparet; montes enim incolit; nigro colore eſt; magnitudine accipitris, quem palumbarium nominant; forma longa, ac tenui: Iones *Cymindim* eã appellant; cuius

[i] lib. 14. Homerus etiã meminit in [i] Iliade, quũ dicit:

Chalcida Dij perhibent, homines dixere Cymindim.

Sunt qui eamdem hanc Auem non aliam eſſe ac Ptyngem velint: interdiu minus apparet; quia non clare videt, ſed noctu venatur more Aquilæ: & pugnat vero cum Aquila adeo acriter, vt ſæpius ambæ implexæ deferantur in terram, & viuæ

paſto-

paſtoribus capiantur: parit hæc Oua duo, & ſaxis, ſpeluncisque nidulatur. In hanc Auem Homerus fingit ideo conuerſum fuiſſe Somnum precibus Iunonis ad ſopiendum Iouem in monte Ida; quod Chalcis montana, & nocturna eſt auis, & parum oculis valens; regia tamen, & cum Aquila contendens inuicta; vſque adeo Diuinus vates decorum ſeruat, & rerum proprietates nouit, ait enim,

Ἔνθ' Ὕπνος μὲν ἔμεινε πάρος Διὸς ὄσσε ἰδέσθαι,
Εἰς ἐλάτην ἀναβὰς περιμήκετον, ἣ τότ' ἐν Ἴδῃ
Μακροτάτη πεφυῦια δι' ἤερος αἰθέρ' ἵκανεν·
Ἔνθ' ἧσ' ὄζοισιν πεπυκασμένος εἰλατίνοισιν,
Ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, ἥν τ' ἐν ὄρεσσι
Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Κύμινδιν.

Quæ ſic Latine vertuntur,

Illic Somnus quidem manſit antequam Iouis oculi viderent eum,
In abietem aſcendens proceram admodum, quæ tunc in Ida
Altiſſima nata per aerem ad æthera ibat.
Illic ſedit ramis opertus abiegnis,
Aui argutæ ſimilis, quam in montibus
Chalcidem nominant Dii, homines autẽ Cymindim

De

[k] lib. 10. cap. 8.
[l] Exerc. 236.
[m] 8. ant. lect. cap. 12.
[n] lib. 29. cap. 23.
[o] 2. de gen. an. c. 4. 3. de part. an. c. 3.
[p] in Phædone
[q] 9. hiſt. cap. 12.
[r] 2. de anim. cap. 32. lib. 5. cap. & lib. 10 cap. 36. & lib. var. hiſtor. 1. c. 14
[s] lib. 4.
[t] lib. 10. cap. 23.

De hac aue Plinius [k] inſit, Nocturnus Accipiter Cymindis vocatur, rarus etiam in ſiluis, interdiu minus cernens; bellum internecinum gerens cum Aquila, cohærentesque ſæpe prehenduntur. Sed & [l] Scaligeri ſenioris obſeruatu Cachi Auis eſt Indica e Pſittacorum genere. Ceterum [m] Cœlii relatu Calchen antiqui vocarunt operculū purpuræ, quum ipſi Calche ſit flos, aut animal vnde tingitur purpura. Nobis autem Chalcis hic auis intelligitur purpureo ſanguine referta. Et ſane volucribus floridum ac purum maxime ſanguinem ineſſe illud etiam oſtendit, quod quum in articulo mortis animalibus omnibus ſanguis ad cor refugiat, quod [o] vltimum moritur; tamquam vitæ theſaurus ad vitæ principium tutandū a natura trāſmiſſus; Cycnus iam moriturus [p] Platoni, & [q] Ariſtoteli, [r] Aelianoque, atque [s] Lucretio, fruſtra reclamante [t] Plinio Cygnus inquam inſtante morte ſuauiſſime concinit, quia ſanguis eius purus, floridus, ac purpureus ad cor in obitu ſe retrahens lætitiæ cantum exprimit: e contra Siren, quod animal marinum licet a plurimis inter fabuloſa numeretur, a Trapeſuntio tamen

Theo-

heodoro Gaza, & alijs de viſu cognitum
uit; vt ex Iouiano Pontano conteſtatur
Alexander ab Alexandro ſuis in *Genialibus*; lib. 3. c. 8.
nos etiam notauimus in opere *De ſponta-* lib. 1. cap. 28.
eo viuentium Ortu: Siren inquam moritura lib. 4. c. 11.
ridet ac vlulat obſtrepere clamans, quod
nguinem tetrum ac fœculentum obtinet;
ua de cauſſa dicitur a, Plutarcho Genius y 9. Sympoſ. qu. 14.
ſe non valde benignus, aut humanus; ho-
o namque ſanguinem puriorem habet ce-
eris animalibus; & morum benignitas non
ſt a ſanguine melancholico; qui tamen
Ariſtotele doctore vitæ ſecuritatem parit, z 30. ſect. probl. 1.
cantilenas, videlicet dum procul a cor-
e permanet per ambitum corporis diffu-
s; corde puriorem ſibi retinente: quum
obitu Sirenis impurus ille ſanguis ad cor
oncētratus mœſtitiam aduehat & dolorem;
nde clamor inconditus & vociferatio mō-
ri pereuntis: cor etenim lætitiæ triſtitiæ-
ue principium ac ſedes eſt [x] Ariſtoteli. Di- 3. de par. cap. 4.
it igitur hæc Ara ſe non eſſe tinctam colo-
e purpureo ſanguinis, veluti nec auem
halcim, quæ in hoſtiam apud ſe mactata
uerit; nam victimarum ſanguine cruen-
abantur *Altaria*, & animalia, quæ ad ho-
M loca-

locauſtum cædebantur.

Μαύχιες δ' ὕπερθε πετρῶν Ναξίων θούμεναι
Παμμάτων φείδονται Πανός.

hoc eſt;

Machere vero ſupra petras Naxias exacu
Poſſeſſionibus abſtinent Panos.

His Ara noſtra remouet ab ſe terreſtriu
animalium ſacrificia, dum ait, Machær
apud cotes Naxias exacutas abſtinere ſibi
peculio Panos; Mihi, inquit, ad aliorui
Altarium vulgi diſcrimen, machæræ ſacr
ficulorum, manu ſacerdotis adactę non f
riunt immolandas terreſtres animantes; 8
propterea mei Flamines non vtuntur glad
is, quibus ad petras Naxias acuminatis ca
dantur victimæ caprarum, ouium, & id g
nus peculii Panos, qui Paſtorum Deus, &
pecorum cuſtos ab antiquis colebatur, v
a Eclog. 2. ait a Virgilius; cui

. . *Pan curat oues ouiumque Mag*
ſtros,

& ali-

& alibi, [b] eſt [b] 1 Georgic.

Pan ouium cuſtos.

Naxos autem famoſa eſt inſula maris *Aegei* in qua Theſeus olim dormientem Ariadnã reliquit; proindeque dicitur a [c] *S*tatio Thebaica Naxos: ex ea cotes habentur præſtantiſſimæ, quibus ad acuendos cultros priſci vtebantur; marmor id genus eſt illud viridis coloris, liuidioribus maculis adſperſum, quod a Græcis Ophites dicitur; vt in Cycladarum deſcriptione Præceptor Maginus obſeruat: huiusmodi cotibus etiamnum vtuntur ad acuendas nouaculas noſtri barbitonſores. De his [k] Pindarus Iſthmiis ait

[c] lib. 7. Thebaid.

[k] ode 6.

αἰνῇς καὶ νιν ἀνδρ' ἐν ἀθλητᾶισιν ἔμμεν Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις

χαλκοδάμαντ' ἀκόναν..

hoc eſt,

Diceres illum uirum inter athletas eſſe.
Naxiam cotem lapides inter alios
Æris domitricem..

Erant Mauliæ, ſeu Machæræ, ſeu Seceſpitæ, cultriue priſcorum ſacerdotum ad cotem Naxiam agitatione incitationeque maxime acuminatæ, ſummaque acie donati, ut melius atque facilius hoſtias mactarẽt. Loquitur autem de Machæris autor in numero

multitudinis; quia priſci ſacerdotes in ſac
ficijs vtebantur & ſecuri, & cultro ad ear
dem hoſtiam mactandam; nam ſecuri vić
mam primo percutiebant, cultro deinde i
gulabant, & excoriabant; vt conſtat
Porphyrio ſcribente in opere ſuo de † Abſ
nentia ab eſu carnium, *Aquatrices virgin*
elegerunt, quæ aquam ijs ferrent, qui ſecurim
cultrum acuerent: Acuta ſecuri, & cultro; ali
ſecurim porrexit, alter ea accepta bouem percuſſi
alius vero iugulauit: Quumque eum excoriaſſen
ex eius carnibus omnes epulati ſunt.

*P*anos vero poſſeſſiones proprie ſunt anim
lia terreſtria; quia Pan Deus Paſtorum pec
lium aliud non habet, quam oues, capra
aliaſque terræ beſtias, prout ab auibus, &
piſcibus contradiſtinguntur.

οὐ ςροβίλῳ λιγνύς

Ἰξὸς ἰνώδης μελαίνει τρεχνέων με Νυσίων.

hoc eſt,

Nec vortice fumi

Viſcus ardens obfuſcat me ſtirpium Nyſæarum

Quum ſuper Antiquorum Aras paſſim ſacr
ficia fierent; & ea duorum potiſſime gen
rum; quandoquidem in alijs Altaribus an
malia

nalia cædebantur, cæſaue comburebantur; ı alijs autem incruentæ victimæ germinum, & odoramentorum vſtione adolebantur; vt onſtat apud Homerum, cui [d] tum d 1. Iliad.

τοὶ δ' ὦκα θεῷ κλειτὴν ἑκατόμβην

Ἑξείης ἔστησαν ἐΰδμητον περὶ βωμόν.

Χερνίψαντο δ' ἔπειτα, καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.

& mox.

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' εὔξαντο, καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο,

Αὐέρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν.

Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσσῃ ἐκάλυψαν,

Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν.

Καῖε δ' ἐπὶ σχίζης ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον

Λεῖβε. νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο.

id eſt.

hi autem ſtatim Deo glorioſam hecatombem
rdine statuerunt bene-ædificatum circa Altare,
Manus lauarunt poſtea, & fruges ſalſas ſump-
ſerunt:

& mox.

Sed poſtquam precati ſunt, & fruges ſalſas pro-
iecerunt,

Retro

Retro traxerunt quidem primum, & iugularunt
& excoriarunt
Coxaſque ſecuerunt, aruinaque cooperuerunt,
Dupliciter facientes, ſuper ipſis autem cruda po-
ſuerunt.
Adolebat autem in lignis inciſis ſenex, ſuper autem
rubrum vinum
Libabat; iuuenes autem apud ipſum tenebãt veru
quinque ordines habentia manibus.
Sed poſtquam coxæ coctæ ſunt, & viſcera & c.

e 10 Odyſſ. inf.

Tum [e] Cyrce Vlyſſi præcipit vt deſcenſuru ad Plutonem, mortuis ſacrificet incruentum libamen mulſi, vini, & aquæ; ijſdem ſacrificaturus vaccam optimam, quum veneri ad Ithacam patriam; ſed Tireſiæ ſoli tun arietem ibidem immolaturus; aſt interim Plutoni, ac Proſerpinæ mactet adolendas hoſtias, agnum, & ouem nigram, his metris

Βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγέσιον ἔνθα καὶ ἔνθα.
Αμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσι νεκύεσσι,
Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δ' ἡδέϊ οἴνῳ,
Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι. ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν,
Πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
Ελθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίστη
Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ' ἐμβλησέμεν ἐσθλῶν.

Τειρε-

Τειρεσίῃ δ' ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερευσέμεν οἴῳ,

Παμμέλαν, ὃς μήλοισι μεταπρέπει ὑμετέροισιν.

Αὐτὰρ ἐπὴν εὐχῇσι λίσῃ κλυτὰ ἔθνεα νεκρῶν,

Ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν θῆλύν τε μέλαιναν,

Εἰς ἔρεβος στρέψας, αὐτὸς δ' ἀπονόσφι τραπέσθαι,

Ἱέμενος ποταμοῖο ῥοάων· ἔνθα δὲ πολλαὶ

Ψυχαὶ ἐλεύσονται νεκύων κατατεθνειώτων.

Δὴ τότ' ἔπειθ' ἑτάροισιν ἐποτρύναι καὶ ἀνῶξαι
d
Μῆλα τὰ δὴ κατέκειτ' ἐσφαγμένα νηλέϊ χαλκῷ

Δείραντας κατακῆαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν,

Ἰφθίμῳ τ' Ἀΐδῃ καὶ ἐπαινῇ Περσεφονείῃ.

hoc eſt.

Foßam fode cubitalem quoquouerſum ;
Super illam libamen funde omnibus mortuis ,
Primum mulſo , deinde autem ſuaui vino ,
Tertium rurſus aqua , inſuper autem farinam albam miſce :
Multa vero precare mortuorum imbecilla capita :
Vbi veneris in Jthacam ſterilem , Vaccam , quæ optima ſit ,
Sacrificaturum domi tuæ , pyramque erecturum ex rebus optimis :
Tireſiæ vero ſeparatim arietem ſacrificaturum ſoli
Prorſus nigrum , qui inter oues excellit veſtras.

Cete-

Ceterum poſtquam precibus exoraueris inclyta exa-
mina mortuorum;
Hic ouem marem ſacrifica; femellamque nigram
Ad Erebrum verſus, ipſe autem ſeorſum auerſu-
ſis
Jens ad fluuii fluenta; ibi vero multæ
Animæ accedent mortuorum defunctorum:
Tum continuo ſociis impera & iube
Oues, quæ quidem mactatæ iacent ſæuo ferro,
Excoriatas comburere; uota uero facere Diis,
Generoſo Plutoni, & inclytæ Proſerpinæ.

Quibus in locis, & alijs Homericis, inter in-cruenta libamina quum thuris nulla menti-
f lib. 13. c. 1. fiat; propterea f Pliniana obſeruatione, tem-poribus Iliacis thure non ſupplicabatur; ce-dri tantum & citri ſuorum fruticum in ſa-cris fumo conuolutum nidorem verius quam odorem nouerant. Ceterum hanc ſa-
g Geneſ. c. 4. crificiorum g varietatem introduxerunt pri-mi, ab initio rerum creatarum, fratres il-duo, Cain, & Abel; quorum hic Paſto-ouium, ſummo Deo ſacrificium obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eo-rum; ille Agricola munera Deo de terræ fru-ctibus offerre maluit: Quas victimas amb-ſuper Altaria, ſeorſum a ſe conſtructa, ign-

com-

comburendas impoſuerunt: A quibus omnes poſteri ſacrificandi morem, & ſacrificia ſuper Aras, combuſtione vel animalium cæſorum, vel exciſarum ſtirpium, adolendi conſuetudinem didicerunt. Vnde conſtat aperte, longe a vero abeſſe [h] Porphyrium, & ab eo Cœlium, [i] Rhodiginum, atque Pierium, Valerianum perſuaſos, quum dicunt, Antiquiſſimos homines herba ſacrificare conſueuiſſe, quam veluti quamdam feracis naturæ lanuginem manibus decerpſiſſent: ſecunda ætate poſteriores homines frondibus & fructibus arborũ Deo litauiſſe: tertio æuo recentiores gentes frugibus & pulte ſacra feciſſe: poſt hos quarti ſeculi populos vinum, lac, mel, & oleũ Numinibus obtuliſſe: ac vltimo loco genus humanum recentius animalium victimas immolauiſſe: adeoque poſtremum, ac recentiſſimum eſſe, quod per animalia offertur, ſacrificium. Quam ſane ſententiam aperte mendacem arguit ſacra pagina (non ſolum Cœlio, & Pierio nota, ſed etiam Porphyrio non ignota, qui Chriſtianæ legi, Iudaicæque nomen aliquando dedit, vt [l] alibi demonſtrauimus) conſtituens coæua eſſe terræ fructuũ, & animalium ſacrificia; ſimulque in mun-

h de abſtin. ab eſ. car.

i 12. ant. l. & cap. 1.

k 57. hierogl.

l 3. de Lr. cerã. ãt. c. 1

N di

di naſcentis incunabulis a primis omniu
hominum natis duo prima ſacrificia peract
vnum de gregibus ouium, alterum de terr
fructibus: Immo vero prius in mundo fuiſ
ſacrificium animalium, quam plantaru
(quod fortaſſis innuit, certe diuinauit *Aut*
Aræ noſtræ, prius mentionem faciens de ſa
guine victimarum, quam de fumo thu
oblati) conſtat ex ijſdem ſacris litteris ape
tiſſime, quibus edocemur, Dominum in
m gloſſ. Theodotion. miſſo cælitus [m] igne reſpexiſſe ſacrificiu
Abel, non reſpexiſſe munera ſtirpium Cain
quæ celeſti igne non aduſta, inuidiam Ca
contra fratrem excitauerunt ad eum occide
n 1. poſter. analt. 90. dum impio facinore. Quorum ſacrificioru
in exordio mundi [n] circulus ille poeticus vu
go legitur, quo carmen vnum in ſemetipſu
recurrens, ijſdem vocibus vtriuſque fratr
immolationem diuerſam, ac plane contrar
exprimit; dicente *Abel* iuſto,

Sacrum pingue dabo, nec macrum ſacrificabo.

Sed ex aduerſo loquente Cain, homine peſſ
mo,

Sacrificabo macrum, nec dabo pingue ſacrum.

Huiuſmodi verſus reciproci, & anguinei vo
cantur,

antur, quia in ſe reflectuntur; vt obſeruat Scaliger pater. At vero Porphyrius Pythagoricos audiendos eſſe putauit, qui nefas eſſe cenſebant animalia cædere, in quibus humanas animas, [p] fabuloſa ſua illa metempſychoſi tranſgreſſas ex hominibus defunctis, contineri arbitrabantur. Quod enim, [q] Plutarchus, [r] Laertius; & [ſ] Atheneus ex Apollodoro conteſtantur, Pythagoram immolaſſe bouem, quum inueniſſet orthogonij trianguli ſubiectum latus æquale eſſe cõtinentibus; & comprobare videntur adiecto veteri epigrammate,

Pythagoras celebri diagrammate quando reperto,
Mactato fecit ſplendida ſacra boue.

Id facile diluitur, ſiue cum Laertio dicamus, hunc bouis immolatorem, alium fuiſſe Pythagoram ab eo, qui cædes animalium vitandas eſſe præcipiebat: ſiue potius cum [t] Athenæo ſtatuamus, non repugnante Laertio, illum fuiſſe bouem confictum ex aromatibus; huiuſmodi extitiſſe bouem immolatum ab Empedocle, quum equeſtri certamine olympia viciſſet; Bouem enim ex myrrha, thure, & pretioſiſſimis aromatum generibus compoſuit; eumque ſpectatoribus occurentibus

[o] 2. poet. cap 28. 42.

[p] 1. de an. t. 53

[q] opus. non viui ſuau. ex Epicur

[r] lib. 8.

[ſ] 10. cap. 3.

[t] lib. 1. dipnos. cap. 1

N 2 diſtri

diſtribuit; quippe qui Pythagoricus erat, & ab animatis omnibus abſtinebat. *Athenæi* verba ſunt, Εμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ακραγαντῖνος ἵπποις Ολύμπια νικήσας, Πυθαγορικὸς ὢν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτῦ, καὶ τῶν πολυτελεςάτων ἀρωμάτων βῦν ἀναπλάσας διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν. hoc eſt, *Empedocles vero Acragantinus, Equis in eodem certamine victor, quum eſſet Pythagoricus, animatiſque cibis abſtineret, e myrrha, thure, precioſiſque aliis odoribus fictum bouem illis diſtribuit, qui in eo totius Græciæ conuentu occurrebant*. ab *Athe*næo non plane diſsentit Laertius in propoſito ſcribens, *verum enimuero in Phauorini commẽtariis, Empedoclem & bouem mactaſſe ſpectatoribus ex melle & farina*; quod vtrumque verum eſſe potuit, ſi dicamus *Athenæum* reſpexiſſe materiæ bouis fictitij partem digniorem; at Phauorinum habuiſse rationem materiæ in illo boue redundantis; nam conformatus fuit ex farina melle ſubacta, quæ tota maſſa condita fuit aromatibus thuris, ac myrrhæ. Cõſimiliter etiã, obſeruatione Gyraldi, qui bouẽ non poſſent ſacrificio inferre, farinacea ex maſſa hunc conficiebant, & bouis vice immolabant; vnde & *ſeptimus bos* eſt dictus.

De deor. gent. ſynt. 17.

Sane

ſane in ſacris plerumque ſimulata pro veris
accipiebantur. Hinc quum de ijs animalibus
quæ inuentu difficillima eſſent, ſacrificium
faciendum foret, ea de pane, vel de cera ef-
fingebantur, vel de aliqua re alia inuentu
facili; vnde * Virgilius, * Aeneid. l. 4

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Nam & in templo *Iſidis* aqua ſparſa de Nilo
dicebatur. Idem obſeruat Seruius: Quare y in
n Priapeis Ariſtagoras villicus

De cera facta dat tibi poma Deus.

d quod & Græcos paſſim factitaſſe conſtat;
nam Cyziceni nigram bouem quotannis
uum immolare ſolerent; & obſidione preſſi
alem inuenire non poſſent; frumentaceam
ffinxere; Eoque ſacrum perfecere. Atheni-
nſes quoque in Iouis Milichij id aliquan-
o effecere; vt e z *Thucidide* conſtat, dicen- z lib. 1.
e, in Iouis *Milichij* celebritate *Athenien-*
es extra Vrbem in totius populi conuentu
ictimas non veras immolabant, ſed com-
node & pro tempore aſſimilatas & fictas.
Megaris etiam, dum ad *Terei* ſepulchrum
acrum fiebat, pro hordeo calculis vteban-
ur. Id ipſum conſtat ex hiſtoria a Iulio
Polluce relata, dum inſit, agens de addu-

ctis.

† 1. anomaſt. cap. 1. ctis †victimis, circa Bœotiam μῆλα Herculi ſacrificant (non vero vt Poetæ per μῆλα oues, ſed fructus dico arboreos) hac nimirum de cauſſa: Stata quædam erat publica Dei ſolemnitas, & ſacrificandi inſtabat tempus; victima autem aries erat; quem qui adducebant, inuiti cunctabantur: Aſotum enim fluuium repentinis auctum inundationibus tranſire non poterant: Iuuenes vero, qui feſto ſacriſue intererant, per luſum ſacrificij ritum compleuere: maturum enim malum arripientes, quatuor, quæ pedum loco erant, bacilla ſubdiderunt, duo vero veluti cornua appoſuere, & ſecundum Poetas malum hoc tamquam ouem obtuliſſe dicuntur; nec Herculi ingratam fuiſse victimam; & propterea huc vſque hunc ſacrificii ritum permanſiſse: A Thebanis porro Bœotijsque malorum Hercules, nomen hoc ex ſacrificii ritu ſortitus, appellatur. Laertius itē, vt nuper vidimus, legiſſe ſe ſcribit in Phauorini Commentariis, Empedoclē Pytagoræ diſcipulum ſpectatoribus mactaſse bouem ex melle & farina. Pythagoras autem ab Aegyptiis & Chaldeis edoctus hanc doctrinam trāſmigrationis animarum, Deo non immolabat anima-

a lib. 8.

lia,

lia, ſed ſtirpibus, & fructibus litabat. Et ſane Chaldeos, ac Aegyptios a cæde animalium abſtinuiſse, ſed incruentas hoſtias Deo immolare conſueuiſse, patet e ſacra pagina, [b] referente Sapientes illos Reges, qui nouæ ſtellæ ductu ab Oriente dudũ celerrimo veſtigio Iudæam petierũt, recens nato Deo noſtro, non animalia, ſed aurum, thus, & myrrham obtuliſse: De quibus celebre teſtimonium etiam habemus[c] Chalcidii Philoſophi Platonici, Chriſtianam religionem non profitentis, at Euangelicã hiſtoriam in hæc verba ſuſpicientis, *Eſt alia ſanctior & venerabilior hiſtoria, quæ perhibet de ortu ſtellæ cuiusdã, non morbos mortesque denunciantis, ſed deſcẽſũ Dei uenerabilis ad humanæ conuerſationis, rerumque mortalium gratiam; quam ſtellam quum nocturno itinere ſuſpexiſſent Chaldeorum profecto ſapientes uiri, & conſideratione rerum cæleſtium ſatis exercitati; quæſiſſe dicuntur recentem Dei ortum; repertaque illa Maieſtate puerili, veneratí eſſe; & vota tanto Deo conuenientia nuncupaſse.* vt ergo Chaldei, Aegyptij, & ab eis edoctus Pythagoras, animalia non ſacrificabant: ita ceteræ gentes animalibus cæſis paſſim Numini litabant. Victimas autem igne ſuper Alta-

[b] Matth. c. 2

[c] cõ. in Tim. Plat.

ria comburebant pariter vtrique, ſeu qui cruentas animantes, ſeu qui non cruentas plantarum hoſtias immolabant; illi quidem tetro ſanguine fœdabant Aras; hi vero nigricante fumo denigrabant Altaria. His ergo materialibus ſacrificijs Aræ priſcorum coinquinabantur; ſanguine quidem, quum animalium victimæ ſecuri percuſſæ, vel gladio tranſtoſſæ, ac omnino machæra, ſeceſpitaue cæſæ ad Aras interficiebantur; fumo vero, quum ſuper Aram thura, & aliæ ſine ſanguine libationes comburebantur: Verum in hac Ara noſtra ſymbolica nullum tale ſacrificium materiale quum fieret; propterea merito ſeipſam prædicat nec ſanguine pollutam, nec atratam fumo, dicens ſe non tingi nigro victimarum cruore, nec plantarum Nyſçarum viſci ardentis tortuoſo fumo; ad vulgarium Altarium diſcrimen; quæ fumo thuris combuſti denigrata paſſim conſpicabantur; vnde thuricremę Aræ a Lucretio, & a Virgilio nuncupantur; a illo quidem aſſerente,

a Lib. 2.

Nam ſæpe ante Deum Vitulus delubra decora
Thuricremas propter mactatus concidit Aras,
Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.

hoc vero ad illius imitationem, teſtimonio

Ma-

Macrobij, *f* dicente de Didone moritura, *e* 6 ſatur. c. 5 *f* 4. Aeneid.
idit, thuricremis quum dona imponeret Aris,
Horrendum dictu) latices nigreſcere ſacros,
uſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.
Et apud *g* Ouidium, *g* 6. metam
cce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
ra vetus ſtabat tremulis circumdata cannis.
eſcriptionem autem Thuris, addo etiam Iyrrhæ in hoc poematio pulchram habemus omine viſci germinum Nyſæorum; quia nus, & myrrha ſunt lachrymæ viſcidæ, ſucci- ue lenti manantes de ſtirpibus proprijs Ara- iæ; in qua regione mons Nyſa talium plan- rum mirifice ferax extollitur. Niſi potius ic dicamus omnia deſcribi aromata, ex qui- us in Aris adolenda thymiamata confici oſueuerant; de quibus in *h* ſacra pagina. Nihil *h* exod. c. 30. rgo maculæ gerit in ſe noſtra hæc Ara ſym- olica, nec ex atro ſanguine victimarum, ui oculos, & phantaſiam memoria patra- arum cædium offendat; nec ex fumo, qui ares, & oculos vellicet; quum & thuris umum, licet odoratum, plerique non ſine ſumma quadam moleſtia naribus hauriant; vt hac ratione neminem a ſe abigat hæc Ara poetica.

Ἐς γὰρ βωμὸν ὁρῇς με·

hoc eſt

Etenim Aram vides me.

Hic *Aram* ſe vocat nomine *Altaris*; dicitur autem *Ara*, ſeu *Altare*, tum quia pura; tum maxime ab ardore, quod ignis in ea excreſcat, & adoleſcat: ita Varro, Feſtus, & iunior Scaliger: Varro quidem, inquiens,

i4. de ling. lat.

[i] *Vbi frumenta ſecta terantur, & areſcant, Area. Propter horum ſimilitudinem loca in vrbe pura, Areæ. A quo poteſt etiam Ara Deum eſſe, quod pura. Niſi potius ab Ardore, ad quem vt ſit, fi Ara: a quo ipſa Area non abeſt; quod, qui areſcit, ardor eſt Solis.* Feſtus autem, ſcribens *Altare eo quod in illo ignis excreſcit: & exoletu eſt, qui exceſſit oleſcendi modum, & inoleuit, i eſt, excreuit: Altaria ſunt, in quibus ignis adole tur.* Ioſephus vero Scaliger in ſuis Etymologijs aſſerens, *Ara, prius Aſa, vt Papiſius, Vale ſij. Aſa, quæ poſtea anſa; vt tago, tango; pago pango; meſa, menſa; teſus, tenſus. Ita dicta quod eſſet proprie foculus, qui manu portabatur, v ignitabulum:* ἐσχάρα. Quod nomen Græcum pro prie vertitur Latine, conceptaculum ignis

focus;

focus, relicti ab igne carbones, ara, cruſta vſtæ carnis, vel cutis, & alia id generis. Licet autē hæc Ara Nonarij dicat ſe non eſſe denigratā fumo, nullumque focū in ſe gerat victimas animalium vrere ſolitum; dum tamen hic ſe nuncupat *Aram*, id in ſe, ſaltem ſymbolice continere debet, a quo nomē obtinet *Aræ*, ac Altaris; imaginem videlicet ignis; qui natura ſua pyramidalem figuram ſortitus, optime repreſentatur in Altari metaphorico per ſupremos verſus omniū breuiſſimos, qui leguntur in *Aræ* vertice. Quos verſus ceteris breuiores in *Altari* ſuo poetico præpoſuit tum priſcus ille Publilius Optatianus Porphyrius, tum antiquiſſimus Doſiadas a Luciano in *Lexiphane* celebratus: licet recentiores viri eruditiſſimi hunc morem non ſeruauerint, *Aram* poeticam nobis abſque foco deſcribentes; vt *Aram* Pythiam explicantes adnotauimus.

Ἐς γὰρ βωμὸν ὁρῆς με μήτε ταγχοῦρυ
Πλίνθοις, μήτ᾽ Ἀλύβης παγέντα βώλοις.

hoc eſt

Etenim Aram vides me neque Tanchuri
Plinthis, neque Alybæ compactam glebis.

 Differ-

Differre nunc etiam ſe dicit *Ara* noſtra a ceteris *Altaribus* in materia ſuæ conſtitutionis; quia quum vulgares Antiquorum Aræ multiplici materia conſtruerentur; aliæ ſiquidem ex lapidibus efficiebantur; quod aperte conſtat ex [k] Ariſtotele referente Protarchum dixiſſe fortunatos eſse lapides, ex quibus ſunt Aræ, quod honorentur: copulati autem his conculcentur: quin & ex Pauſania in Bœoticis, atque in Corinthiacis conteſtante Aram dicatam fuiſse tum Ioui Eleutherio, tum etiam Soli, e candido lapide; ac ſacra [l] pagina confirmante, Altaria fieri de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit. [m] Lyranus etiam conteſtatur Idololatras facere conſueuiſse *Altaria* valde ſolemnia de marmoribus. *Aliæ Aræ* condebantur ex lignis, quas ideo Dædaleas appellabant, quod *Artificum* lignariorum Dædalus fuerit *Anteſignanus*; vt Pauſanias in Bœoticis aſſerit inquiens, *Ara in ipſo iugo Cithæronis parata erat; eam Aram hoc exædificant modo; quadrata ligna tam apte inter ſe componunt, vt lapidum ſtructuram feciſſe videri poſſint: ſarmenta eo cōgeſta in faſtigium erigunt: ex vrbibus quidem ſingulis locupletiores Telean maſtata boue, Iouem tauro,*

k 2. phys. t. 59.

l exod. c. 20. Ios. cap. 8.

m exod. c. 20

tauro, vino & odoribus refertis hoſtiis, venerantur; ſimulque Dædala ſuper Ara collocant: Quibus vero minus eſt copiarum, ii reliqua eodem cum diuitibus faciunt ritu, e minoribus tamen immolant gregibus. Aram correptam ignis cum iis omnibus, quæ porrecta fuerint, comburit: flammam in ſublimi attolli maximam, maximeque e longinquo ſpectabilem nouimus. In ſacris litteris quoque legimus Altare factum de [n] lignis Sethim; ſed ne ab igne combureretur cum thymiamate, vel hoſtia victimarum, ea ligna laminis tum æreis, tum [o] aureis vndique contegebantur, vt alia omnia, quæ in templo reperiebantur. Aliæ *Aræ* fiebant ex terra; ſic olim præcepit Dominus *Hebræis*, *Altare de [p] terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras, & boues.* Aliæ dein Aræ formabantur ex luto: ceterum hoc lutum alias fieri conſueuit ex vulgari terra & aqua communi; alias e terra & ſanguine; de qua re [q] Pauſanias ita, *Eſt & Didymis (Mileſiorum ea ciuitas eſt) Ara, quam a Thebano Hercule luto ſubacto victimarum ſanguine extructam Mileſii tradunt: Non fuit ea tamen victimarum in ſequentibus temporibus copia, ut Ara magnopere potuerit eminere.* Alias e cinere

n exod. c. 27.
o ibid. c. 30.
3 Reg. c. 6.
p exod. c. 29.
q in Aeliacis

re

re & aqua ; vt frequenti nobis teſtimonio comprobat idem [r] Pauſanias inquiens, *Olympij Iouis Aram congeſtam eſſe e cinere collecto ex aduſtis victimarum femoribus . Talem & Pergami Aram eſſe; talẽ Samiæ Junonis; nihilo illa quidẽ ornatiorem, quã in Attica, quod Rudes appellant focos . Aræ Olympicæ ima crepido , quam* πρόθυσιν *appellant (quaſi primam ſacrorum Stationem dicas) ambitum peragit pedum centum & amplius quinque & viginti; graduum ſingulorum ſupra imam iſtam Crepidinem ambitus pedes explet binos ac tricenos; vniuerſi Aræ altitudo pedes conficit duos prope & viginti : Ducuntur hoſtiæ ad imæ Crepidinis Stationem ibi eas patrio more mactant ; femora in ſumma Ara adolent; & ad ſtationem quidem ab vtroque latere per lapideos, ad Aræ altiſſimam ſedem per cineritios gradus ſcanditur : Stato autem die quotannis , Februarij menſis nono ſupra decimum , Aruſpices cinerem ex Prytaneo deportant ; eoque aqua ex Alpheo amne diluto Arã Jouis oblinunt : Religione ſancitum eſt , cinerem ſola Alphei aqua dilui , atque ex eo tantum luto Aræ tectorium ſuper induci : eam ob rem Alpheus fluuiorum omnium Joui maxime amicus creditur.* & mox. *Tum vero Deorum omnium Ara eſt, & Junonis cognomẽto Olympiæ, quæ itidem e cine-*

r ibid.

ris

ris congeſtu extructa eſt. & paucis adiectis. *Et qua parte Terræ Ædes eſt (Gaon ipſi vocant) Telluris Ara cernitur, e cineris ipſa etiam aggere.* &[f] multo poſt, *Supra lapidem Sophroniſtera eſt Apollinis Ara cognomento Spondij e victimarum cineribus congeſta.* Aliæ leguntur Aræ ex metallo conſtitutæ; nam *Herculi Ægyptio* duas Aras æneas in templo fuiſſe apud Gades teſtatur in Apollonii vita[†] Philoſtratus & Pauſanias in Atticis memorat *Aram* ex ære Ioui Semaleo conſtructam, *In Parnethe*, inquit, *Parnethius Iuppiter ex ære, & Semalei Iouis Ara.* Nicolaus de Lyra teſtatur[s] Antiquos *Idolorum* cultores facere conſueuiſſe *Altaria* valde ſolemnia ex metallis. Quin & in ſacris[u] legimus *Altare* ex auro puriſſimo, in quo adolebatur incenſum. *Apud* Ethnicos etiam *Ara* ex auro celebratur ab[*] *Athenæo* ex *Herodoto*; ait enim, Ηρόδοτος δ' ἐν τῇ πρώτῃ φησὶν, ὅτι ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ Βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν, ὅτι μὴ γαλαθηνὰ μοῦνα.

[f] in Boeoticis.

[†] lib. 5. c. 1.

[s] exod. c. 2.

[u] exod. c. 30. 40. 3. Reg. c. 6.

[*] lib. 9. cap. 12.

hoc eſt

Herodotus primo libro autor eſt, Babylone ad Arã auream nullum animal immolari præter lactentia. Porro verba Herodoti ſunt hęc ad calcẽ libri,

ἔςι

ἔστι δὲ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἱροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηὸς, ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνεστι κατήμενον χρύσεον. καὶ οἱ τράπεζα μεγάλη παρακέεται χρυσέη, καὶ τὸ βάθρον οἱ καὶ ὁ θρόνος χρύσεός ἐστι. καὶ ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι, ταλάντων ὀκτακοσίων χρυσίου πεποίηται ταῦτα. ἔξω δὲ τοῦ νηοῦ, βωμός ἐστι χρύσεος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βωμὸς μέγας, ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων. ἐπὶ γὰρ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν ὅτι μὴ γαλαθηνὰ μοῦνα. ἐπὶ δὲ τοῦ μείζονος βωμοῦ καὶ καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ Χαλδαῖοι, τότε ἐπεὰν τὴν ὁρτὴν ἄγωσι τῷ θεῷ τούτῳ.

id eſt

Porro in Babylonis templo aliud etiam eſt ſacellum inferius, quod magnam habet Iouis ſtatuam, eamque auream, pone menſam & ipſam auream, ſimul & ſuſtentaculum cum ſella, omniaque aurea; adeo vt Chaldæi octingentorum talentorum auri opus æſtiment. Extra ſacellum altare eſt & ipſum aureum: atque præter hoc aliud altare ingẽs in quo integræ ætatis hoſtiæ immolantur: quandoquidem ſupra aureum illud non licet hoſtias mactare, præterquam lactentes. Inſuper in hoc maiuſculo altari Chaldæi quotannis centum millia talentorũ libanoti adolẽt, quãdo huic ſuo Deo ſacra faciũt. Alia quoq; celebris eſt Ara ex auro, de qua memi-

meminit † *Tzeetzes in Chiliadibus, inquiens,* † Chil. 7. hiſt. 122.

περὶ τῶν χρύσων πλίνθων τοῦ κροίσου ρκβ.

χιλίας πλίνθους εἰς Δελφοὺς τῶν ὁλοχρύσων κροῖσος,

Ἔστειλε, πάγχρυσον βωμὸν Ἀπόλλωνι γενέσθαι.

τὴν ἱστορίαν ἔχεις μοι πρώτην πασῶν πλατίως.

hoc eſt,

De Aureis lateribus Crœſi. 122.

Mille lateres in Delphos totos aureos Crœſus
Miſit, tota aurea Ara Apollini vt fieret.
Hiſtoriam habes mihi primam omnium late.

vt hinc appareat veteribus Aras conſtrui conſuauiſſime ex lateribus, de quibus in hoc poematio Nonarius. Sed alia fuit antiquitus *Ara* aurea, quam potiſſimum reſpexit Nonarius hic agens de Tanchuri Plinthis; ea vero eſt *Ara* a Mida Rege pro *Anchuro* filio erecta *Ioui*, de qua *Plutarchus* * alicubi ſcribit in hæc verba, Κατὰ Κελαινὸν πόλιν τῆς Φρυγίας χάσμα μεθ' ὕδατος γενόμενον, πολλὰς οἰκίας αὐτάνδροις εἰς τὸν βυθὸν εἵλκυσεν. Μίδας δὲ ὁ βασιλεὺς χρησμὸν ἔλαβεν, ἐὰν τὸ τιμιώτατον ἐμβάλῃ, συνελεύσεσθαι. ὁ δὲ χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐμβαλὼν, οὐδὲν ἐβοήθησεν. Ἄγχουρος δὲ υἱὸς τοῦ Μίδα λογισάμενος μηδὲν εἶναι τιμιώτερον ἐν βίῳ ψυχῆς ἀνθρωπίνης, δοὺς περιπλοκὰς τῷ γεννήσαντι, καὶ τῇ γυναικὶ Τιμοθαίᾳ, ἔφιππος εἰς * Parall. 5.

τὸν τόπον τοῦ χάσματος ἠνίχθη. συνελθούσης δὲ τῆς γῆς, χρυ-
σεον βωμὸν ἐποίησεν, ἰδαίου Διὸς ἁψάμενος τῇ χειρὶ. οὗτος ὁ
βωμὸς περὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν ᾧ τὸ χάσμα σύνεβη γενέσθαι
λίθος γίνεται. τῆς δὲ ὡρισμένης προθεσμίας παρελθούσης, χρυ-
σεος ὁρᾶται, ὡς Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεων.
hoc eſt, Ad Celenas Phrygiæ Urbem (hæc poſtea
y in cap. 53. dicta eſt Apamea, notatu [y] Scholiaſtis Soli-
ni) *hiatu terrę aquę illuuie orto, multę domus
vna cum habitatoribus in profundum abreptę ſũt
Midas autem Rex oraculo accepto, ſi pretioſiſſimũ
iniiceret, fore vt hiatus coiret; auro argentoque
iniectis nihilprofecit: Anchurus autem Midę fi-
lius cogitans pretioſius anima humana eſſe nihil in
vita, amplexu dato genitori & vxori ſuæ Timo-
theæ, eques in hiatum ſe ſe deiecit: Quum autem
in ſe coiuiſſet terra, auream Midas in eo loco poſuit
Aram, eamque manu tangens Ioui Idęo conſecra-
uit: Hæc Ara circa id tempus, quo hiare terra ſo-
lebat olim, lapidea fit; ſtato iſto tempore elapſo, au-
rea viſitur. Autor Calliſthenes libro Transforma-
tionum ſecundo.* Quem locum fideliter aſſer-
re libuit, quoniam illum non admodum fi-
z syntag. 2. detranſtuliſse videtur Lilius Gyraldus inqui-
ens, *Midam conſtruxiſſe Aram eo loco, vbi lapis
gignitur, qui ad præſtitutam diem aureus videtur.*

Ad

Ad hancautem Aram auream Midæpro filio Anchuro poſitam, reſpiciens in ænigmatico ſuo poematio noſter Autor, meminit Plinthorum Anchuri: & Anchuri nomine, non Perſico, vt vetus ille Scholiaſtes opinabatur, ſed Græco, ſcitiſſime potuit Aenigmatiſta & poeta nobis aurum deſignare; tum quod Anchurus fuit filius Midæ, qui tactu dictus omnia in aurum commutare, adeoque aurũ ex omni re ſolo contactu ſibi procreare, pater auri peroptime dicitur in Gripho: qua de re luculenti ſunt Ouidij [a] verſus, cui Mida rex Phrygiæ- [a] Ouid. 11. metam.

. . . . non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam, virga aurea facta eſt;
Tollit humo ſaxum, ſaxum quoque palluit auro;
Contigit & glebam, contactu gleba potenti
Maſſa fit; arentes Cereris decerpſit ariſtas,
Aurea meſſis erat; demptum tenet arbore pomum,
Heſperides donaſſe putes; ſi poſtibus altis
Admouit digitos, poſtes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis,
dis,

Vnda fluens palmis Danaem eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia . . . . . .

tum quod Ara ex aureis laterculis poſita fuit a Rege Mida loco Anchuri filii, ibi in hiatu terræ ſepulti: Quam hiſtoriam memoria repetentes quicumque Aram auream *Midæ* conſpiciebant, ad eā non ſine quodam hiatus illius horrore accedebant. *T*ot igitur quũ habuerint vetuſtiorum *Aræ* materias; ab illis omnibus *Ara* noſtra ſeipſam ſegregat, quæ nullam earum materierum in ſui conſtitutione cognoſcit: *Ara* enim de ſeipſa loquens, primum dicit ſe non eſſe compactam ex *Anchuri* plinthis, pauciſſimis verbis multas complectens ſententias, dum ita ſe non eſſe plaſmatam ex auri laterculis profitetur; tum quia præcipue negat ſe eſſe ex auro formatam, vt illa *Midę* regis *Ara* ob caſum Anchuri filij *I*dæo Ioui conſecrata: tum quia quum aurum ſit inter metalla pretioſiſſimũ negatione præcipui analogati, æs, & alia metalla videntur excludi ab huius *Aræ* ſtructura: tum quia metaphorice per auri laterculos intelligere poſſumus etiam lateres luteos, qui ex terra facti, ad ignem toſtione

flaue-

flaueſcunt,& auri colore vtcūque pingūtur: Qua ratione Diuus[b] Bernardus ait alicubi, *Aurum & argentum vere eſt terra rubra & alba; quam ſolus error hominum facit, aut magis reputat pretioſam.* [c] Rhabanus etiam inquit Aurum & argentum eſſe terrenum quid. Themiſtius[d] itidem dicit Aurum eſſe arenam, alludens ad fluuium *Pactolum*, in cuius alueo & ripis aurum colligebatur, *Cræſus*, inſit, *Lydorum rex apud Solonem Athenienſem, non de tritici aceruo, ſed de immenſa auri arena gloriabatur.* Clemens item Alexandrinus in ſecundo Stromatum ait, χρυσὸς δὲ ἀπὸ γῆς, οὐκ ἀναφέρεται βῶλος, ἀλλ᾽ ἀφεψόμενος διϋλίζεται ἔπειτα καθαρὸς γενόμενος, χρυσὸς ἀκούει, γῆ κεκαθαρμένη, hoc eſt *Aurum e terra non tollitur gleba, ſed cocta percolatur: deinde quum munda fuerit, aurum vocatur, vt quæ ſit terra mundata.* Menander conſimiliter in Naumachiis aſſerit, aurum & argentum nil aliud eſſe quam pulueres. Immo & Pauſanias, vt nōtauimus, in Aeliacis teſtatur, Didymis Mileſiorum ciuitate Aram eſſe, quam Hercules luto ſubacto victimarum ſanguine conſtruxit; ideoque nobis anſam præbet illud Altare nuncupandi ex terra rubra, ſeu

[b] ſerm. de Aduen. Dom.

[c] in Matth. cap. 6.

[d] orat. 6.

i purpu-

purpurea factum, adeoque metaphorice ex auri laterculis compactum, cum Auctore noſtro; qui hoc in eodem poematio colorem aureum cum purpureo confundit, dum inquit Iaſonẽ eſſe furem arietis purpurei, deſignans vellus aureum Colchidarum. Quam ſententiam collaudat [e] Euripides, qui, obſeruatu quoque [f] Laertij, diſcipulus *A*naxagoræ, Solem appellauit auream glebam. Sed prior explicatio, deducta ab Anchuro regis Midæ filio, nobis omnium maxime probatur; & iuratem *A*utorem huius *A*ræ ad illã hiſtoriam *A*nchuri reſpexiſſe, dum introducit *A*ram ſuam non eſſe compactam ex *A*nchuri, ſeu Tanchuri Plinthis: Nihil enim obſtat, quod in *A*ra noſtra legatur ταγχύρι-tum quia, [g] Strabonis obſeruatione nomina vetuſtate maiores mutationes ſubeunt, ait enim, ἤτοι τῆς γραφῆ μετατεθείσης ἀπὸ τοῦ τηλόθεν ἐκκαλύβης. ἢ τῶν ἀνθρώπων πρ τερον ἀλύβων λεγομένων ἀντὶ χαλύβων. σὺ λὰρ νῦν δυνατὸν γέγονεν ἐκ χαλύβων χαλδαίους λεχθῆναι, πρότερον δ' οὐκ ἐνῆν ἀντὶ ἀλύβων χάλυβας. καὶ ταῦτα τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις πολλὰς δεχομένων, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς βαρβάροις. σίντιευς γὰρ ἐκαλοῦντο τινὲς τῶν θρακῶν, εἶτα σίντι, εἶτα σάϊοι, παρ' οἷς φησὶν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα ῥῖψαι. Λεπί-

e in Phædõ.
f lib. 2. vitar.
g lib. 12.

Ἀσπίδα μὲν σαίων τὴν περὶ θάμμον
Ἐντὸς ἀμώμητον κάλλιπον ὐκ ἐθέλων.

ὶ δ' αὐτοὶ ἦτοι σάπαι νῦν ὀνομάζονται · πάντευς γὰρ ἦτοι
ερὶ ἄυδηρα τὴν οἴκησιν εἶχον, καὶ τὰς περὶ λῆμνον νήσυς ·
ὁμοίως δὲ καὶ Βρίγοι, καὶ Βρίγευς, καὶ φρύγευς οἱ αὐτοὶ
ὶ μυσοὶ καὶ μερόνευς, καὶ μαίονευς, καὶ μῆννευς.

hoc eſt,

ſiue quod Scripturæ tranſpoſitio facta ſit ab eo, quod eſt longinqua ex Chalyba; ſiue quod homi-nes prius Alybes pro Chalybes ſint nominati: Non enim ſi nunc Chalybes Chaldæi dici potuerunt, prius non potuere pro Alybes Chalybes nominari; quum nomina multas mutationes ſuſcipiant, præſertim barbara: nam Thraces quidem prius Sitines vo-cabantur; poſtea Sinti dicti ſunt; deinde Saii, apud quos Archilochus dicit ſe clypeum abieciſſe.

„ Criminis expertem clypeum, non ſponte re-liqui,
„ Quum bene Thammæos dimico apud Saios.

Iidem nunc Sapæ appellantur: omnes hi circa Abdera, & in inſulis lacus habitabant. Eodem modo Bregi, & Breges, & Phryges iidem ſunt: & Myſii, & Merones, & Meones, & Mennes. Sic ergo poteſt idem eſſe Tanchurus, de quo

noſter

noſter ignotus Autor in hac Ara, & Mida
filius Anchurus, de quo Plutarchus in *Pa-
rallelis*: tum quia noſter Aenigmatiſta po-
tuit, ſiue ad obſcuritatem Griphi, ſiue ad ve-
nuſtatem, ſiue ad aliam quamlibet ration
poematij, addere nomini Anchuri litterul
T; quod veteres efficere conſueuiſſe teſtatu
h lib. 1. c. 9. Macrobius in [h] Saturnalibus. Quin & [i] Rho
i lib. 16. c. 20. diginus in antiquis lectionibus admonet, d
nominum principio litteram adimi, & vi-
ciſſim addi ſolitam; adeoque Vulcanum di-
cit ab alijs *Phtham*, & ab alijs *Aphtham*
nuncupari: tum demum, quia litterula τ e
articuli nota; vt idem ſit ταγχέρυ, ac τ᾽ ἀγχέ
quod in poemate ponitur impune pro τ
Ἀγχέρυ; quum metri ratio poſtulauerit τ᾽ἀγ-
χέρυ, excluſerit τῦ Ἀγχέρυ. *PLINTH*
vero nomen, quod proprie ſignifica
† lin. 3. c. 2. etiam imam partem baſis; vt, [†] adnotat apu
Vitruuium Philander, commode reſpici
Aram pro Anchuro filio, abſorpto in ſalutem
Patriæ, erectam a Patre Mida Idæo Ioui; qui
in Altarium baſi tum ſepulchra ineſſ
defunctorum, tum eorundem inſcribi no-
mina conſueuerint apud Antiquos, Pauſani
in Laconicis aſſerente, ſimulachri baſim Ar
for-

formam habuiſſe, in qua Hyacinthum ſepultum memorat: Et Philoſtrato in *Apollonij* Vita conteſtante, *Apollonium* inueniſſe ſepulchrum Palamedis, iuxtaque illud ſtatuã obrutam, in cuius baſi erat inſcriptio talis, *DIVO PALAMEDI*. Sed & Philandri quoque notationibus apud *l* Vitruuiũ, Plinthi vocabulo ſignificari poteſt materia operis lateritia, quæ ſymbolice dicitur aurea a colore luteo; in qua locutione mirificam habemus ænigmatis inuentionem. Quin etiam *Plinthorũ* voce, qua *m* Vitruuius Lacunaria ſignificat, quæ a *n* Suetonio pro trabibus ligneis accipiuntur, ligna poſſunt intelligi, vt Plinthi Tanchuri ſint Autori noſtro ligna deaurata. Sic igitur Ara noſtra dicens ſe non eſſe ſtructam ex Anchuri Plinthis, indicat ſe non eſſe materiale quoddam Altare conditum ex auro, vt *Ara* illa Midæ pro filio *Anchuro* poſita; nec ex luto, vt illa *Thebano* ab *Hercule* terram ſanguine victimarum ſubigente formata; nec ex lateritio lapide colorem auri luteum præſeferente; nec ex ligno deaurato.

k lib. 4. c. 4.
l l. 2. cap. 8.
m lib. 9. c. 9.
n in Nerone

Μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις.

hoc eſt,

Neque Alybæ compactam Glebis.

Dicit vlterius Ara, quam tractamus, ſe non eſse cõpactã ex glebis Alybæ; quod eſt aſſeuerare, ſe non eſſe formatã ex Argenti materia, indicareque ſe non eſse conditam ex albo cinere, nec ex marmore, lapideue candido; nam Alyba teſtimonijs Homeri, Nonni, & Strabonis, eſt Regio, vbi ſunt Argenti fodinæ; Homerus enim ait in [o] Iliade, in hanc ſententiam,

[o] lib. 2. in f.

Αὐτὰρ Ἁλιζώνων ὁ Δῖος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,

Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

hoc eſt,

Sed Halizonibus Dius & Epiſtrophus imperabant,

Longe ex Alybe, vnde Argenti eſt origo.

Nonnus etiam in [p] Dioniſiacis inquit,

[p] lib. 17. init.

Ἤλυθεν εἰς Ἀλύβης πέδον ὄλβιον, ὁππόθι γείτων

χεύμασιν ἀφνειοῖσι διιπετὲς οἴδμα κυλίνδων

Εὔδης, ἐχεκτεάνων ὑδάτων λευκαίνεται ὁλκῷ

Ἀργυ-

Ἀργυρέῳ δαπέδοιο μεριξύων κενεῶνα.

Ενθα διαχίζοντα βαθυπλέτῳ παρὰ πέτρῃ.

hoc eſt,

Venit in Alybes ſolum fertile, vbi vicinus
Fluctibus opulentis a Joue peruolnntem flu-
ctum voluens
Geudis ditium aquarum candeſcebat tractu
Argentei ſoli circumradens ventrem.
Hinc perrumpentem valde diuitem apud
petram, &c.

Strabo quoque [q] confirmat & affert dictum Homeri dicens, [q] lib. 12

Αὐτὰρ Ἀλιζώνων ὁ Δίος καὶ ἐπίςροφος ἦρχον,

Τηλόθεν ἐξ Αλύβης, ὅθεν ἀργύρυ ἐςὶ γενέθλη.

hoc eſt,

Hinc & Halizonas Odiusque & Epiſtro-
phus vna
Longinqua ex Alyba ducunt, Argenti vbi
vena eſt.

Sed noſter autor conſulto meminit *Alybæ*; quoniam omni argento melius eſt, quod effoditur ex Alyba, vt omni auro melius eſt Ægyptium; quod Tzetzes in [†] Chiliadibus teſtatur, iuquiens, [†] chil. 12. ep. 404.

Αλύβη πόλις ἄριςον τὸν ἄργυρον γενῦσα,
Ὡς ὁ χρυσοῦς κατέλεξεν ὅμηρος βοιωτίᾳ
Τηλόθεν ἐξ Αλύβης, ὅθεν ἀργύρυ ἐςὶ γενέθλη.
Αλύβας δ' ἡ μεταπόντος πόλις τῆς ἰταλίας.
Πάντων χρυσῶν ἑλληνικῶν, ὁ κολοφῶνος κρείττων ἐ.
Ὁ αἰγυπτίων, κρείττων δὲ καὶ τῦ κολοφωνίυ.

hoc eſt,

Alybæ vrbs, optimum argentum procreans,
Sicut aureus expoſuit Homerus in Bœotia,
Procul ex Alyba, vnde Argenti eſt procreatio.
Alybas autem Metapontus vrbs Italiæ.
Omni auro Græcorum, quod eſt Colophontis, melius.
Ægyptiorum autem melius etiam Colophonio.

Dicens ergo ſe non eſſe compactam ex *A*lybę glebis *A*ra noſtra, monet ſe non eſſe ſtructā ex *A*rgenti materia; cuiuſmodi memorat eam fuiſſe [r] Pauſanias, quæ in Iunonis templo viſebatur; ait enim, ἀναθήματα δὲ τὰ ἄξια λόγυ ... βωμὸς ἔχων ἐπειργασμένον τὸν λεγόμενον ἥβης καὶ ἡρακλέυς

r in Corrinthiacis.

γάμον

γάμον. ἔτος μὲν ἀργύρου.

hoc eſt,

Dona quidem digna, quæ hiſtoriæ mandentur, in eo templo ſunt: primum *Ara, in qua cælatæ Herculis &, Hebes nuptiæ: argentea omnia.* Nil autem mirum ſi hæc hiſtoriæ mandari digna cenſuit Pauſanias;[†] eiuſdem ſiquidem obſeruatione, ſepulchrum Epythi ab Homero tãtopere celebratum, fuit agger terræ, lapidea crepidine in orbem circumſeptus; quem ipſe Pauſanias proprijs oculis vidiſse teſtatur. Qui & ſepulchrum marmoreum inter mirabilia numerat, inquiens, *Apud Hebræos in Solymorum vrbe, quam Romanorum Jmperator funditus excidit, Helenæ indigenæ mulieris ſepulchrum miri operis eſt; in eo enim oſtium fabricatũ eſt e marmore, vt ceterę ſepulchri partes: id anni ſtato die atque hora, occulto machinę cuiuſdam motu aperitur; neque ita multo poſt occluditur: quod ſi alio tempore aperire conatus fueris, effringas facilius, quam vlla vi recludas.* Pauſaniæ *verba græca ſunt*, Ἑβραίοις δὲ Ἑλένης γυναικὸς ἐπιχωρίας τάφος ἐστὶν ἐν πόλει Σολύμοις, ἣν ἐς ἔδαφος κατέβαλεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς. μεμηχάνηται δὲ ἐν τῷ τάφῳ τὴν θύραν ὁμοίως

† in Arcadicis.

ὡς πάντα ἔσαν τῷ τάφῳ λιθίνῃ, μὴ πρότερον ἐσανοίγεσθαι πρὶν ἂν ἡμέραν τὸ ἀεὶ καὶ ὥραν τὸ ἔτος ἐπαγάγῃ τὴν αὐτήν. Τότε δὲ ὑπὸ μόνυ τῦ μηχανήματος ἀνοιχθεῖσα καὶ ὀ πολὺ ἐπιϭχῦσα, συνεκλείσθει δὲ ὀλίγς. τῦτον μὲν δὴ ὕτω. τὸν δὲ ἄλλον χρόνον ἀνοῖξαι πειρώμενος, ἀνοίξαις μὲν ὐκ ἂν, καταξεις δ' αὐτὴν πρότερον βιμζόμενος. Ceterum & Cyri Medorum regis domus, quæ a Memnone illigatis auro lapidibus fabricata dicitur, inter ſeptem mundi miracula recenſetur; quod ex Caſſiodoro refert in ſuis antiquis lectionibus ſ Rhodiginus. Et Pygmalionis aurea oliua, de qua * Philoſtratus inſit, ἡ Πυγμαλίωνος δὲ ἐλαία χρυσῆ, ἀνάκειται δὲ κἀκείνη ἐς τὸ Ἡράκλειον, ἀξία μὲν ὥ φασι καὶ τῦ θαλλῦ θαυμάζειν, ὧ εἴκασαι, θαυμάζεσθαι δ' ἂν ἐπὶ τῷ καρπῷ μᾶλλον. βρύειν γάρ αὐτὸν Σμαράγδε λύθε.

ſ lib. 23. c. 6.

* 5. de vit. Apol. c. 1.

hoc eſt,

Pygmalionis inſuper aurea oliua in ipſo Herculis tẽplo poſita eſt, mirabili, vt aiunt, arte fabricata; cuius præcipua pulchritudo in fructuum opere conſpicitur, qui ex lapide Smaragdo confecti veris oliuis ſimillimi apparent.

t lib. 33. c. 37. u Schol. c. 2.

Ac vt t Plinius, & Solini u Scholiaſtes pleraſque referunt aurea mirabilia, & argentea, ca

meras

meras, trabes, columnas, paraſtatas, are-
nam ludi, ſcenam integram, & ſtatuas; *Arã*
etiam *Argenteam* hiſtoria dignam non ab re
tangit Nonarius. Sed & vetus iſte noſtri poe-
matij ſcriptor, Alybæ, ſeu argenti glebis me-
taphorice dicere potuit Aras illas conſtructas
eſse, tum quas ex cinere priſci aqua ſubacto
formabant, tum quas ex marmore, cãdido-
que lapide pangebant; quoniam vtræque cã-
lore ſuo colorem argenti referunt; vtræque
pariter ortu ſuo naturam & originem argen-
ti ſapiunt; quia cinis eſt portio miſti terrea,
combuſtione in elementa diſsoluti, frigidi-
tate cõſiſtens; marmor etiam in terræ viſce-
ribus, vt argentum, enaſcitur ex materia
duriori vi frigoris condenſata: & argentum,
quod igneo calore liquatur, nonniſi frigore
concreſcere potuit in ortu ſuo, doctore* *Ari-*
ſtotele. Quocirca pulchre Citharœdus ille
Timotheus, quum ab Archelao, apud quẽ
agebat, parcius donaretur; & ei ſucciniſ-
ſet Commation illud, vt ait, Amantius,

*4. meteor ſu. 2. cap. 5

Tu autem terræ filium argentum laudas?

merito reſponſum, Rege tamen indignum,
eo retulit,

y tract. de Diuitijs.

Tu autem petis?

Legi-

Legimus quidem & nos cum erudito Salm
ſio, lateres olim ex auro & argento conſtr
ctos fuiſse; ceterum non vt ex iis *Ara*, v
aliud ædificium tale conſtrueretur; ſed
commodius in *Aerarii* loco anguſtiori c
locarentur. *Ac* vt ex auro vnam *Aram* M
dæ pro filio *Anchuro* conflatam audiuim
a Plutarcho; ſic ex *Argento* vnam in Iun
nis templo relatu Pauſaniæ conſtructam n
uimus. Quamobrem dum ſe non eſse con
pactam ex glebis *Alybæ* noſtra fatetur *Ar*
iam abdicat hæc a ſui conſtitutione terrea
omnem materiam, quæ vel argentea ſ
vel argento ſimilis; vti ſunt marmora, ca
didique lapides, & cineres.

Οὐδ᾽ ὃν Κυνθογενὴς ἔτευξε φύτλη
Λαβὼν τὰ μηκάδων κέρα
Λισσαῖην ἀμφὶ δειράδην
Ὅσσαι νέμονται Κυνθίας
Ισόῤῥοπος πέλειτό μοι.

hoc eſt,

Nec, quam Cynthogena ſtruxit proles
Accipiens balantium cornua,
Ac liuia circa cacumina
Quotquot paſcuntur Cynthiæ,
Æquiualens fuerit mihi.

Quæ

Duæ priſcos apud Autores leguntur olim fuiſſe *Aræ* corneæ; vna quidem, de qua [z] Pierius in Hieroglyphicis, admonens etiã Dianæ molem fuiſſe apud Romanos in *Auentino Aedem* a Tullo ſacratam, in qua ex ceruorũ cornibus *Ara* fieret. *Alia* vero fuit *Ara* ex caprarum cornibus conſtructa multo antiquius ab *Apolline* in *Inſula Delo*, vt Callimachus [a] teſtatur inquiens.

[z] lib. 7.

[a] in hym. Apoll

Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε
Καλῇ ἐν Ορτυγίῃ, περιηγέος ἐγγύθι λίμνης.
Αρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Απόλλων.
Δήματο μὲν κεραέσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Εκ κεράων, κεραὰς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.

Quadrimus prima fundamenta Phœbus fixit
In pulchra Orthygia curuam prope paludem;
Diana venata aſſidue capita caprearum
Cynthiadum afferebat, ipſe vero compingebat Aram Apollo:
Conſtruxit quidem cornibus fundamenta, compegitque Altare
Ex cornibus; cornua itẽ circũ pariter poſuit.

Plutarchus etiam agens de [b] Solertia Animalium infit,

[b] in opuſc.

οἶμαι μὲν οὖν μηδένα ὑμῶν ἀθέατον εἶναι τῆς νεοττιᾶς. ἐμοὶ δὲ πολλάκις ἰδόντι καὶ λέγοντι, παρίστατε λέγειν καὶ ᾄδειν, Δήλῳ δή ποτε φοίνικα Απόλλωνος παρὰ ναῷ, τὸν κεράτινον βωμὸν ὁρῶν ἐν τοῖς ἑπτὰ καλουμένοις θεάμασιν ὑμνούμενον, ὅτι μήτε κόλλης δεόμενος, μήτε τινὸς ἄλλου δεσμοῦ, διὰ μόνων τῶν δεξιῶν συμπέπηγε καὶ συνήρμοσται κεράτων.

hoc eſt,

Exiſtimo ſane omnibus vobis viſum fuiſſe ni-dum Alcyonis; mihi uero ſæpius uidenti, atque contrectanti ſubiit dicere,

b in f. opuſc.

Tale c quid in Delo & Phœbi me cernere templo
Memini . . . . .

c Homer. 6. Odyſſ.

nempe Aram Ceratinam, ſiue cornutam; quæ inter ſeptem mundi miracula celebratur, quod neque glutine vllo, neque aliis cohærens, e ſolis dextris cornibus compacta eſt: licet idem Plutarchus in Theſeo dixerit hanc *Aram* fuiſſe compactam e cornibus ſiniſtris his notis, ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν, ἐκ κεράτων συνηρμοσμένων εὐωνύμων ἁπάντων.

hoc eſt

Saltauit autem circum Aram Ceratonem, quæ ex cornibus erat omnibus ſiniſtris compacta. Quare ſibi contradicens Plutarchus memoria lapſus eſt: aut duas Aras e cornibus caprearum fecit Apollo, vnam e dextris, alteram e ſiniſtris, eo artificio vt nullo glutine, vel aliis vinculis cornua cohærerent ſibi inuicē in Altaris ſtructuram: Nimirum vt Piſana turris ad Eccleſiam maiorem mire pendula, ex lapidibus quadris marmoreis abſque vllo glutine, vlloue vinculo inuicē cohærentibus conſtructa videtur. Ouidius etiam Cydippen A-contio

d epiſt. heroi

contio ſcribentem hæc inducit,

Miror & innumeris ſtructam de cornibus Aram.

Diogenes item [e] Laertius in Vita Pythagoræ ſcribit, ἀμέλει δὲ βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, ὅς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ κερατίνου, διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρός. ἱερεῖον δὲ μηδέν. ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Δηλίων πολιτείᾳ. e lib. 8.

hoc eſt,

Denique Aram Delij tantum Apollinis genitoris, quæ poſt Ceratinum eſt, adorare; quod frumentũ & hordeum & placentas illi abſque vſu ignis imponere ex more ſoleant; ceterum nulla iocinora; vt Ariſtoteles in Deliorum Republica teſtatur. Recte vero Delii ſuper Altare corneum nihil ignibus adolebant; quoniam ex vſu ignis & Ara breui conſumpta fuiſſet, & combuſtorum cornuum teterrimo nidore non parum læſi fuiſſent ſacerdotes & alij circumſtantes. At vero Senioris [f] Scaligeri teſtimonio, iccirco ad Aram Deliam vllam hoſtiam cædere nefas erat, propterea quod nuncupata erat Apollini Genitori. Denique Plutarcho conſentiens [g] Martialis inter mundi miracula numerat Aram ex cornibus compactam, aſſerens,

f 3 Poet. cap. 102.

g 1. lib. epigr. 1.

Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis;
Aſſiduus iactet nec Babylona labor,
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,

 Diſſi-

Diſſimulatque Deum cornibus Ara frequens,
Aere nec vacuo pendentia Mauſolea
Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant;
Omnis Cæſareo cedat labor Amphitheatro:
Vnum pro cunctis fama loquatur Opus.

Noſtra vero hæc Ara, quum multo fuerit an tiquior illa Dianæ a Tullo ſacrata in Auen tino Romanorum monte; ſed recentior ea quam in Delo conſtruxit e cornibus caprea rum Apollo; propterea nihil de Roman Ceruinorum cornuum loquens, ait ſibi com parandam non eſſe corneā Aram Deli; adeo que monet ſe non eſſe conſtructam ex caprea rum Cynthiarum Cornibus; qualis antiqu tus perhibetur illa fuiſſe, quam adiuuant Diana venatrice in Inſula Deli fabricauit A pollo; quę pariter ob eximiam ſui ſtructuram & pulchritudinem relata fuit inter mund miracula, teſtimonio [h] Plutarchi, & [i] Rho digini. Quum autem artifices eadem plera que promiſcue conſtruant e ligno, & e cor nu; quod colore, duritieque lignum æmu latur mirifice; ſed potiſſimum caprinum cor nu; nam e cornu, & e ligno pectines; e cor nu & e ligno fieri conſueuerunt ſagittariorum arcus; e cornu quidem, vt [k] Virgilius con teſtatur, cui

[h] de ſolert. anim.
[i] lib. 23. c. 6
[k] 7. Aeneid.

Aſca-

Aſcanius curuo direxit ſpicula cornu.

& alibi; [l]

. . . . libet Partho torquere Cydonia cornu

Spicula; . . . .

& [m] Ouidius, apud quem Syrinx, amata Pani Paſtorum Deo Nympha

. . . . ritu quoque cincta Dianæ

Falleret, & credi poßet Latonia, ſi non

Corneus huic arcus, ſi non foret aureus illi.

Porro niſi ab Aræ noſtræ materia lignum ſupra cum plinthis exulauerit, apte nunc idem cum cornu repellitur; quod ligno comparatur, & lignum ænigmatice repreſentare valet; ſpeciatim vero ceruorum cornu ramoſum quod ceſſit in materiam Aræ Dianæ Auentinæ; de qua nondum æuo ſuo constructa noſter Autor meminiſſe non potuit. Sed & quæ communicare cum noſtra ignis experte pariter ignium expers Ara Cornea Deli videbatur, nunc ab Aræ noſtræ communione prorſus excluditur, quæ ſibi æquiponderans non eſſe dicitur; & ratio diſcriminis eſt, quia in Ara cornea Deli materiales oblationes frumenti, hordei, ac placentarum imponebantur, licet abſque ignis vſu; quemadmodum ex Ariſtotele nuper notabat Laertius; aſt in

Ara

[l] Eclog. 10.

[m] 1. metamor.

.18. in vit. Pythag. noſtra nihil materiale affertur, non frumentum, non hordeum, non vinum, neque aliud quid quod ignium vim ſuſtinere perpetique valeat; ſed mentis humanæ fructus, epigrammata, & poemata, vt latius infra patebit, ignium violentiam non agnoſcentia; tanto autem interuallo dignitatis ab immaterialibus materialia ſuperantur; vt hæc non ſint illis vllatenus comparanda.

Sic igitur excluſis & abdicatis ab *Ara* noſtra materierum omnium cunctis generibus, ex quibus tum *Aræ* fieri, tum oblationes offerri conſueuerunt; ſatis iã conſtat hoc eſſe nouũ genus Aræ, quæ in ſui cõſtitutione nullã penitus materiam agnoſcit, non aurum, non argentum, non æs, non marmora, non lapides, non cinerẽ, non terram, non lateres, non cornua, non lignum, non aliud corporeum vllum; quæque ſuper ſe in oblationẽ nullum pariter materiale admittit, non animal comburendum, non thus aut thymiama vllius generis ignibus adolendũ, nõ placentas, frumentumue, aut hordeum ſine ignis vſu Numinibus offerendum, nullumque aliud materiale vlla ratione libandum. Eſt igitur omnino immaterialis hæc *Ara* ſymbolica.

Σὺν ὀρανῦ γὰρ ἐκγόνοις
Εἰνὰς μ' ἔτευξε γηγενὴς
hoc eſt,
Cum cæli enim Neptibus
Enneas me ſtruxit terrigena.

rofecto quum Cæli filiæ, vel potius Neptes
oc in loco nequeant intelligi Gratiæ, vt° an- ° cap. 5.
a demonſtrauimus apud eruditiſſimum
lmaſium; eo quod hoc poema ſcabrum,
ullo lepore conditum ſit intellectu diffi-
llimum; per Cæli filias, vel Neptes nihil
iud interpretari debemus, quam Muſas;
uæ Ioue natæ, Saturni filio, ac Cæli nepo-
, Cælum *A*bauum paternum agnoſcentes,
æli Neptes iure nuncupatur: Sed Muſas Cę
filias dixerunt *P*auſanias, *A*lcmæon, Phor-
utus, Euſebius, Pindarus, *A*riſtarchus, Mim-
erca, *p* Gyraldus, & alii; quia nouerant *p* l. de Muſis
liorum nomine intelligi quoque Nepotes;
taiunt Iuriſperiti. Sed *Enneas terrigena*,
uid aliud a Cæli *N*eptibus, adeoque a Mu-
s, hic neceſſario ſignificatur *A*utori noſtro;
ui certe per *Enneadem terrigenam* nobis indi-
at virum Poetam abſolute, ſpeciatimque ſe
oſtri poematis abditum opificem: belle ve-
o vir poeta, noſtrique poematij ſcriptor de-
ribitur in Gripho *Enneas terrigena*; quoniã

vt homo, ex humo natus, in humo natus, ac in terra degens, *terrigena* eſt; vt poeta, *enneas* eſt, ac nouenarius terrigena; ſcilicet; nouem exornatus diſciplinis, opera terrenorum ſenſuum, ſtudioque mentis conquiſitis; quæ ſunt vulgo nuncupatæ ſeptem liberales artes, Grammatica, Rhetorica Hiſtoriã & *E*thicam complectens, Dialectica, *A*rithmetica illique ſubalternata Muſica, Geometria, & *A*ſtrologia, nec non his nobilior artibus Scientia naturalis, quam *P*hyſiologiã dicimus, & nono loco tandem omnium ſuprema Sapientia, quam [q] *Ariſtoteles* appellauit Theologiam: etenim *Plato* non alia ratione Poetas eſse diuinos, ac veluti patres & duces [r] ſapientiæ; *Ariſtoteles* vero [ſ] Theologos, & *Naturales* eſse conſtituit, niſi quia cenſuerunt Poetas eſse præditos his omnibus nouem diſciplinis, ob quas nunc appellantur nomine *Enneadis terrigenæ.* Verum quoniam non vt homo, virtuteque ſenſuum terrena ſolum nouem his diſciplinis inſtructus, perfectam artem poeticam homo conſequitur; ſed maxime qui in ortu ſuo tum a cæleſtibus corporibus eam ſortitur indolem ingenii; tã etiam a ſummo Deo talem animi præſtantiã, qua poſsit veluti ſupra mortalium conditio-

[q] 1. meta. cap. 1
[r] in Lyſide
[r] 1. meta. ſu.
[ſ] 2. cap. 1. 12. meta. t. 30. 31.

nem ad Vatis ac veri Poetæ naturam eleuari; ſiquidem Plato non vno in loco Poetas dicit eſſe Numine afflatos, Deo plenos, ac extra ſe poſitos; extra ſe inquam, non quia ſint infra naturam humanam, vt fatui ad brutalem amentiam, belluinamque conditionem depreſſi; ſed quia ſunt ſupra conditionem hominis, ad ſortem diuinarũ mentiũ quadãtenus eleuati; vt hic *Ennedes terrigenæ* ſint Muſæ terrenæ, hoc eſt, homines eruditi, potiſſimumque poetæ præſtantes; qui Muſarum cæleſtiũ filii, mortalẽ vitã in terris agentes, dicũtur Muſæ terrenæ, ac *Enneades terrigenæ*: ac ſane recte vir ſapiens dicitur *Enneas* terrigena; quia priſci ſapientes, qui cæleſtibus errantium ſiderum globis quadratos numeros dicarunt, nouenarium Saturno conſecrarũt; vt adnotat etiam Bongus in ſua Myſtica numerorum ſignificatione; Saturnus autẽ inter planetas ſapientiæ præficitur, & melancholicis; quos ſapientes eſſe ſcribit † *Ariſtoteles*. Ceterum *Autor* huius Aræ ſe Nouenarii numeri nota *Enneadem* Terrigenam forte nũcupare voluit, vt indicaret ſe ad hoc opus *Altaris* efficiendum acceſſiſſe præparatum; nam vt Bongus admonet, In ſacrificiis Gentium Nouenarius expiationi dicatus habebatur;

*in Ione, & in Lyſide

† 30. ſect. probl. 1.

batur; & per nouem dies noctesque opus erat vt abſtinerent ob omni libidine ſacerdotes rē ſacrā tractaturi: *P*roptereà dicit hæc *A*ra Symbolica ſe conſtructam eſſe ab homine quidem terrigena, nouem doctrinis ingenuis inſtructo, ſed cum Muſis, Cæli ſeu filiabus, ſeu Neptibus, illi cooperantibus, vires ingenii ſui exercente: *S*cite vero dicuntur hic Muſæ Cæli filiæ, vel neptes; non ſolū quia fingũtur eſſe filiæ Iouis, qui Saturnum patrem habuit e Cælo natum, vt adnotauimus; ſed etiam quia veteribus Muſæ ponebantur Cælorum orbibus aſſiſtentes Intelligentiæ, vt decrepito *A*bauo Neptes aſſiſtāt, ipſum fulcientes ſuſtinentesque ne cadat; ipſumque perambulantem veluti deferentes atque mouentes, regentesue, longe melius quam Hercules, aut *A*tlas; vt innuit *u* *A*riſ-
u 2. cæl. t. 4.
toteles: etenim *A*ntiquis nouem orbes ętherei numerabantur (quicquid in oppoſitum cenſeat ſenior ille *x* Scaliger, aſſerens errare illos,
x l. poet. c. 2.
qui nouenarium Muſarum numerū a Cęlorum numero ductum volunt) nam ſupra ſeptem *P*lanetas Octauam Sphæram, & Primum nuncupatum mobile collocabant; quorum ſingulis vna Muſarum *P*ræſes aſſiſtens ac motrix adiungebatur; ſiquidem Orpheus,

s,vel notatu/Coelij *S*phæræ Lunæ Thaliam [y] l. 22. cap. 2
Muſam attribuit, Mercurio *E*uterpem, Ve-
eri *E*rato, Soli Melpomenem, Marti Clio,
oui Terpſychoren, Saturno Polymniam,
irmamento Vraniam, & *P*rimo-Mobili
Calliopen; a quibus in ortu ſuo *P*oeta futu-
us, benignas ad *P*oeſim habere debet influ-
ntias: Vnde belle dicere poſſumus, vel ex
riſtotele, [z] *Poetas* naſci, *O*ratores fieri; quo- z Poet. c. 1.4
iam vi humanæ diſciplinæ poteſt quis bo-
us *O*rator euadere; ſed bonus *P*oeta, niſi pe-
uliariter fauentibus in ortu ſuo cæleſtibus,
emo certe fieri valet. Quum autem propri-
m autoris nomen adhuc incompertum late-
t in abdita vetuſtatis maieſtate prorſum
elitefcens; nos ex his verbis Autoris ipſum
n operis titulo deſignauimus vocabulo No-
arii Terrigenæ.

Ταῶν δ' ἀείζωον τέχνην
Ε'νευσε πάλμυς ἀφθίτων.
hoc eſt,
Quibus ſemper-viuentem artem
Annuit Pater immortalium.

Quoniam Poeta neſcio quid habet Diuini ſu-
ra corpoream naturam; vt inquit in Ione
Plato; propterea non a cælis tantummodo pen-
let vniuerſa Poeſis, ſed maxima ex parte a

ſummo Deo; quum enim Apollo ſuam illam Corneam in Delo propriis viribus Aram exſtruxerit, Diana ſorore venatrice caprearum cornua in materiam fabricæ ſubminiſtrante; vt ſupra nos edocuit [a] Callimachus: huic tamen Arę immateriali conſtruendæ non ſufficit homo terrigena. præditus nouem enumeratis antea diſciplinis proprio ſibi ſtudio comparatis, accedente Muſarum Cæli filiarum fauore, hoc eſt cæleſtium omnium influentiarum auxilio benigno; ſed inſuper oportuit concurrere peculiarem opem Dei maximi: Quare Poeta noſter ait Muſis, & Hominibus ſapientibus, Regem vel Patrẽ immortalium Iouem annuiſſe artem ſemper viuentem; [b] Platoni conſentiens, qui ſtatuit Poeſim non poſſe ſine peculiari Dei ſummi fauore comparari; quinimmo [c] Poetam eſſe Dei filium, ac Diuinum genus, & numine afflatum: Quod & *Ariſtoteles* ipſe collaudat, aſserens *Poetam* eſse [d] furore percitum; quẽ furorem Plato [f] dixerat eſse diuinam Ecſtaſim: Et [g] alibi ſcripſit *Ariſtoteles*, Maracum Syracuſanum præſtantiorem poetam fuiſse, dum mente alienaretur: Quo ſenſu putamus accipiendum illud placitum Democriteum, relatum in *Arte* ab [h] Horatio, cui

eſſe lu-

[a] Hymn. 4.
[b] ... bl.
[c] de legib.
[d] Poet. c. 14.
[f] in Ione
[g] 30. ſect. probl. 1.
[h] ad Piſones

. . . . excludit ſanos Helicone poetas
Democritus;

quia ſuperhumanos cenſuit eſſe debere vates, non puros putoſque homines.

Σὺ δ' ὦ πιὼν κρήνηθεν, ἣν
Υἱς κόλαψε Γοργόνος.
hoc eſt,
Tu vero bibens ex fonte, quem
Filius excauauit Gorgonis.

Quarto loco differentiã allaturus *Autor* poematii, qua differt hęc Ara ſua ab alijs materialibus *Aris*, in quib. oblationes facere, ſacrificiaq; peragere poſſũt omnes homines promiſcue; ſolos *Poetas* inuitat ad hanc *Aram* oblaturos, & litaturos; quos aptiſſime deſcribit bibentes ex fonte, quem *Pegaſus* Equus vngula fodiens excitauit in *Parnaſſo* monte; ſiquidem ad hoc *Altare* nullæ prorſus aliæ quã ſpiritales poematum oblationes offeruntur; quas non niſi poeta poteſt afferre, ac offerre; qui bibere fingitur de fonte Hippocrenis. Proinde igitur *Ara* noſtra ſtudioſos Poetices inuitans ad ſeipſam, infit, Tu vero bibens ex fonte, quem filius excauauit Gorgonis; nimirũ *Pegaſus* Equus, Neptuni & Meduſæ Gorgonis filius cognoſcitur ab i Hygino, k Heſiodo, Solini l Scholiaſte, *Arato*, & aliis plerisque;

i Fab. 155. & Aſtronom.
k Theogon.
l Schol. cap 12.

m lib. 8. que; licet m Strabo ſcripſerit, *Famam eſſe Pegaſum, quum potaret, hoc in loco a Bellerophonte deprehenſum fuiſſe, alatum inquam caballum e Meduſæ ceruice, & de Gorgonis execto gutture proſilientem: vulgatum eſt etiam, caballinum in Helicone fontem erupiſſe, quum ſubiectam ibi rupem feriret vngula.* De cuius fontis aqua bibere, notante Solino, finguntur illi, qui ex arte M *Poeſim* tractare debent; ad quod alludẽs nobilis *Poeta* n *Perſius* inquit,

M Solin c. 13.

n in Prolog. Satyrar.

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, vt repente ſic Poeta prodirem.

Cui quidem caballino fonti recens ad Euganeos colles, in Villa *Arquati*, vbi Lyricorum Tuſcorum princeps dies æſtiuos agere conſueuerat, fons belle comparatus hoc elogio claruit, quod Lazari *Bonamici Baſſanenſis* ingenium autorem agnoſcens, nobili diſticho deſcriptum legitur in hanc ſententiam, affixam ſupra fontem,

Fonti Numen ineſt: hoſpes venerare liquores;
Unde bibens cecinit digna Petrarcha Deis.

Sed redeamus ad *Aram* noſtram, quæ ad ſe *Poetas* inuitans, ait, Tu vero bibens ex fonte, quem in *Parnaſſo Pegaſus* Equus vngula excauauit (quem locum imitatus eſt in N Thebaide

N lib. 4.

baide Statius inquiens,

vatum qua conſcius amnis
Gorgoneo percuſſus equo.)

Θύοις τ' ἐπισπένδοις τέ μοι
Ὑμηττιαδᾶν πολὺ λαροτέρην
Σπονδὴν ἄδην.

hoc eſt,

Cum *victimis & oblationibus mihi*
Hymettia multo dulciorem afferens
Libationem largiter.

Quintam hic affert Ara noſtra differentiam, qua ſeiungitur ab *Altaribus* alijs materialibus; quoniam ad *Altare* corporeũ & materiale libaturi corporeas oblationes, quarũ odore atque ſubſtantia Deos paſci & oblectari credebat priſca Gentilitas, antiqui ſacerdotes vulgaria nutrimenta impoſita, ſibi deguſtanda ſumebant, carnes animalium, placentas, vinum, lac, mel, & conſimilia; vti conſtat etiam ex ſacra pagina: ſed ex hac Ara ſymbolica, materiei omnis experte, libationem hymettio melle dulciorem ſe guſtaturum admonet poeta ab eo, qui ſuper ipſam ſacrificia congrua decenteſque libationes offerre curauerit: quod enim *Ara* ſibi dulces futuras ait oblationes, id loquitur in perſona *Poetæ* autoris ſui, vel etiam in perſona ficta *Poe*- *Daniel. c. 14.*

ſeos

ſeos, quæ ad ſui cultum in hac *Ara* inuitat hu-
manas mentes, *Sed* quidni etiam dicamus
Aram in perſona propria loqui, & ſibi dul-
ces eſſe libationes, ad quas ſuper ſe offeren-
das homines inuitat? ſi enim, *Ariſtotelis* te-
ſtimonio, *Protarchus* metaphorice dicere po-
tuit fortunatos eſſe lapides, ex quibus ſunt
Aræ, quod honorentur; pari ratione *Poeta*
noſter introducere poteſt *Aram* ſuam, cui li-
bationes aſſerãtur eſſe dulciores melle hyme-
tio: licet iſtæ libationes poemata ſint, ad qua
condenda nos hortatur *Autor* ignotus; ete-
nim poemata, vt ait in Ione Plato & alibi
ſunt fructus, & partus ſapientiæ, quæ pro-
creat in animis audientium virtutes & mora-
les, & intellectuales; quum virtus Macro-
bio ſit humanæ mentis proprium libamentũ
& alimentum; ex quo voluptates puritate a
nobilitate mirabiles intellectum percipere
monuit *Ariſtoteles*. Inuitat igitur hæc *Ar*
Poetas ad ſe cum victimis & oblationibu
intellectualibus poematum, quæ ſpiritali
libamenta Macrobiana dicit eſſe ſibi mult
dulciora, quam ſit *Aræ* materiali, guſtuiqu
corporeo vulgaris oblatio, libatioque me
lis hymettii; nam ſpirituales mentis volupta
tes longo interuallo ſuperare ſenſus corpore

le-

Margin notes: p 2 phyſi. 6. 19. — q in Lyſide & Sympoſ. — r Macrob. in præf. Satur nal. — ſ 10 ethic. cap. 7.

delectationes conteſtatur [f] Ariſtoteles: Ac ſane poeta verſiculos pangens atque promulgans dicitur afferre oblationes ad ſacra vatum Altaria; vt conſtat itidem tum e [h] Perſio ſcribente, [f] 1. de par. cap.5.&10 ethic.c.7. [h] in Prolog. ſaty.

Heliconidaſque, pallidamque Pirenem
Illis relinquo, quorum imagines lambunt
Hederæ ſequaces; ipſe ſemipaganus
Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum.

tum ex Publilio Optatiano in Ara ſua poetica dicente,

Vides vt Ara ſtem dicata Pythio
Fabre polita Vatis arte muſica
Sic pulchra ſacratiſſima gens Phœbo decens
His apta templis quis litant vatum chori. &c.

Poemata vero dicuntur animo dulciora libamenta ſpeciatim quam ſit palato corporeo mortalium mel Hymetti montis Attici ſemper florentis; quod [x] Plinius aſſerebat optimũ eſſe; & [y] Martialis dignabatur nomine Nectaris, [x] l 11.c.13 [y] lib. 13. epig 104.

Hoc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti
Pallados a ſiluis nobile Nectar Apis.

Plato conſimiliter ait, [z] Poetas haurire mel de fontibus Muſarum, huic loco mirifice conſentiens. Inuitat autem Ara noſtra ſtudioſos omnes poeticæ, ſiue potius poetas [z] in Ione

omnes ad offerendū ſupra ſe libationem poematum, non quidem parcam, & exilem; ſed vberem, largam, & abundantem; hac ratione hortans homines ad cultum poetices: Vt hinc appareat Scopum Autoris ignoti nō fuiſſe dedicare Muſis & Gratiis hanc Aram ſuam; ſed inuitare, adhortari, & excitare mortales ad ſtudium poeſeos, ſeu verius poetas ad poematum compoſitionem ac editionem. Nec exemplo caret huiuſmodi exhortatio; quoniam hymni quoque dudum ad Aras Dijs dicebantur; vt obſeruat[a] Scaliger; & ante Scaligerum[b] Galenus innuit inquiēs, opera Numinis animalium Opificis non laudibus modo, verum etiā hymnis eſſe maiora.

[a] 1. poet. c. 3. 4.
[b] 1. de vs. par. cap. 11.

. . . . ἴθι δὴ θαρσίων
Ἐς ἐμὴν πτύξιν καθαρὸς γὰρ ἐγὼ
Ἰὸν ἱέντων τεράων.

hoc eſt,

. . . . *vade iam audacter*
Apud meam ſtructuram: pura ſiquidem ego
Venenum mittentium monſtrorum.

Ad oblationem poematicorum libaminum vt alacrius nulla interpoſita mora ſeſe accingant homines, Ara noſtra procul a ſe abeſſe monet omnia pericula, & omnia impedimenta; ſextam afferens differentiam, qua

ſecer-

ſecernitur hoc *Altare* ſymbolicum ab Aris materialibus; nempe quilibet ad hanc Aram confidenter poteſt accedere, quum ex ea nihil mali prouenire poſſit ad eam venientibus, vt ab *Aris* materialibus, ex quibus aliquando ſerpentes exierunt viſu horibiles, ac veneno mortiferi; præſertim ſi Aræ fuerint defunctorum etiam ſepulchra; cuiuſmodi fuiſſe apud Antiquos admonuit Pauſanias aſ-ſerens, *Simulacri baſis formam habet Aræ, in ea Hyacinthum ſepultum tradunt*; nam e cadauerum putrefactorum tetra colluuie taboque ſerpentes non raro procreantur; Sic enim apud [d] Virgilium legimus Aeneam ad ſepulchrum patris *Anchiſæ* ſacrificia facientem, fuſo lacte, vino, & ſanguine cæſæ victimæ, vidiſſe magnum colubrum ex *Ara* prodeuntẽ: nimirum hinc apparet tum Veterum ſepulchra in *Aras* cõceſſiſſe, quin & in Templa; quod conteſtatur Euſebius [e] Pamphilus, cuius præclarũ hoc habemus in ſua Pręparatione Euangelica teſtimonium, *Templa Deorum gẽtilium prius ſepulchra fuerunt; & magnificentius condita, templorum appellatione vocata ſunt*. Et ex Clemente Alexandrino refert conſimilem ſẽtentiam addens, *Non latet, a Gentilibus ſepulchra hominum adorari*. tum etiam ex Altari-

c in la corsica

d 5. Aeneid

e lib. 2. c. 8.

bus angues proſiluiſſe, maxime tractos ab odore calidi ſanguinis, lactis, & vini in ſacrificijs oblati; quum lactis & vini, vt ait [f] Ariſtoteles, & poſt eum [g] *Plinius*, natura ſint appetentiſſimi ſerpentes omnes. Scite vero nunc a Poeta noſtro ſerpentes monſtra vocantur, quia licet proprie monſtra non ſint, monſtrorum tamen conditiones habent; nā ſubito videntibus horrorem incutiunt; quod eſse peculiare quoddam ac eſsentiale monſtroſæ naturæ, nos alias oſtendimus in [h] opere *De monſtrorum cauſſis natura & differentijs*. Vocantur hac ratione monſtra a Tragico Seneca in *Hercule furente*, vbi Megæra inſit,

f 8. hiſt. c. 4.
g l. 10. c. 72.
h l. 1. c. 11.

Infantis ætas monſtra ſuperauit prius
Quam noſſe poſſet; gemina criſtati caput
Angues ferebant ora; quos contra obuius
Reptauit infans, igneos ſerpentum oculos
Remiſſo pectore ac placido intuens,
Arctos ſerenis vultibus nodos tulit,
Et tumida tenera guttura elidens manu
Præcluſit hydræ . . . . .

Dicuntur etiam angues monſtra venenum mittentia, quia ſerpentes vt plurimum, maximeque orti ex humano cadauere in ſepulchris virulenti ſunt; etenim corruptio boni peſſima eſse ſolet; optimum namque vinum

cor-

corrumpitur in acerrimum acetum. Quamuis ille ſerpens ab Aenea viſus in tumulo genitoris *Anchiſæ*, noxius nemini fuerit, vel quia lacte vinoque paſtus famem ſitimque ſedauerit; vel quia mitis & expers veneni natura fuerit; eiuſmodi namque ſunt plurimi[i] grandiores angues; quum parui fere omnes venenati ſint *Ariſtoteli*; vim veneni hebetante ac veluti ſuffocante in magnis anguibus affluente in eorum corporibus humiditate; vel ob vtramque cauſſam. De ſuo quidem in propoſiti noſtri confirmationem ita concinit[k] Virgilius, i 8. de hiſt. ã. c. 28. 29. k 5. Aeneid.

Ad tumulum magna medius comitante caterua,
Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho
Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro,
Purpureosque iacit flores, ac talia fatur:
Salue ſancte parens, iterum ſaluete recepti
Nequicquã cineres, animæque vmbræque paternæ:
Non licuit fines Italos, fataliaque arua,
Nec tecum Auſonium (quicumque eſt) quærere Tybrim.
Dixerat hęc; adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros ſeptena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum lapſusque per Aras;
Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus

Mille

Mille trahit varios aduerſo Sole colores.
Obſtupuit viſu Æneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras & leuia pocula ſerpens
Libauitque dapes; rurſumque innoxius imo
Succeſſit tumulo, et depaſta Altaria liquit.

[s] l. 2. ver. 330. Conſimilem hiſtoriam retulit in Faſtis[s] Ouidius, dum infit,

Ecce (nefas viſu) mediis altaribus anguis
Exit; & extinctis ignibus exta rapit.

[t] lib. 4. de ling. lat. Ara vero noſtra ſe puram dicit, quod vt[t] Marcus Varro ſcribit, loca in Vrbe pura dicuntur Areæ; vnde & Ara Deorum dicitur, quia pura; quum Aræ materiales potiſſimum dicantur ab ardore ſacrificiorum, quorum gratia conduntur Aræ. Sed hæc Ara noſtra maxime pura dicitur monſtrorum veneñ mittentium, quia non continebat in ſe deliteſcentia vlla ſerpentum venenatorum genera. Neque[†] Morelli eruditi ſententiam deſpicimus, cui Ara ἀπὸ τῆς ἀρᾶς ducta dicitur, a precatione: quia Latinæ vocis denominatio fluere poteſt a fonte Græco; ſiquidem ſupra vidimus a[λ] Gellio laudatum Hypſicratem, qui ſcripſit de vocibus Latinis e Græco deductis.

[†] adnot. ad 3. ſylu. Stat.

[λ] lib. 16. cap. 12.

. . . οἷα κέκευθ᾽ ἐκεῖνος
Ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις, ὂν σχεδόθεν Μυρίνης.

hoc eſt,

. . . . *Qualia occultabat illa*
Circa nouas Thracias, quam prope Myrinen,

Meminit hic ex aduerſo poeta noſter, quã ſuę cõtraponeret, alterius Aræ materialis; ex qua prodiit olim ſerpens veneno infeſta; dicens ſub *Aræ* ſuæ perſona, ſe puram eſse a monſttis venenatis, qualia monſtra fuerunt, quę occultabantur dudum in Ara illa quam, ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις prope Myrinen; non interpretabor cum viris egregijs, ἀμφὶ νέαις Θρηϊκίαις, in noualibus Thraciæ; quia Myrina ciuitas Lemni non eſt in Thracia; ſed e regione Thraciæ, ſeu oppoſita Thraciæ, vt Maginus obſeruat; ante illum [m] Volaterranus, & ante vtrumque Papinius inquiens, m. Geograph. l. 9. μ.5. Thebaidos. iuit.

Lemnos, vbi ignifera feſſus reſpirat ab ætna
Mulciber, ingenti tellurem proximus umbra
Veſtit Athos, nemorumque obſcurat imagine põtũ:
Thraces arant contra: thracum fatalia nobis
Littora; & inde nefas florebat diues alumnis
Terra: nec illa Samo fama de Ioue ſonanti
Peior

& ante hos omnes [n] Cointhus aſſerens Lemniades mulieres in viros a Thracico bello cũ n. lib. 9. pararibon.

capri-

captiuis pellicibus ſibi adiunctis redeuntes coniurauiſſe, his verſiculis,

Λῆμνον ἐς ἀμπελόεσσαν, ὅπη πάρος αἰνὸν ὄλεθρον
Ἄνδρασι κυριδίοισιν ἐμητίσαντο γυναῖκες,
Ἔκπαγλον κοτέουσαι, ἐπεὶ σφέας οὔ τι τίεσκον,
Ἀλλὰ δμωΐδεσσι παρευνάζοντο γυναιξὶ
Θρηϊκίαις, τὰς δουρὶ, καὶ ἠνορέῃ κτεάτισσαν
Πέρθοντες τότε γαῖαν ἀρηϊφίλων Θρηΐκων.
Αἱ δὲ μέγα ζήλοιο περὶ κραδίῃ πεσόντος.
Θυμὸν ἀνοίδησαν, φίλους δ᾽ ἀνὰ δώματ᾽ ἀκοίτας
Κτεῖνον ἀνηλεγέως ὑπὸ χέρεσιν. οὐδ᾽ ἐλέησαν
Κουριδίους περ ἐόντας. ἐπεὶ ῥ᾽ ἀπαναίνεται ἦτορ
Ἀνέρος, ἡ δὲ γυναικὸς, ὅτε ζηλήμονι νούσῳ
Ἀμφιπίσῃ κρατεραὶ γὰρ ἐποτρύνουσιν ἀνίαι.
Ἀλλ᾽ αἱ δὲ σφετέροισιν ἐπ᾽ ἀνδράσι πῆμ᾽ ἐβάλοντο
Νυκτὶ μιῇ, καὶ πᾶσαν ἐχηρώσαντο πόληα.
Παρθέμεναι φρεσὶ θυμὸν ἀταρβέα, καὶ μέγα κάρτος.

hoc eſt,

In Lemnum vitibus abundantem, vbi olim funeſtam interitum
Legitimis viris machinatæ fuerant matronæ,
Supra modum iræ indulgentes, quod eas nullo honore afficerent,
Sed ancillis toro commiſcerentur
Thraciis, quas vi armis ac fortitudine in poteſtatem vindicarunt,
Populantes tunc orã belli ſtudioſorum Thracum:
Illæ igitur Zelotypia cordibus atrociter incumbente
Intumuerunt; caroſque in ædibus maritos
Immaniter trucidaruat ſuis *manibus, nec miſertã fuit horum,*

Quam-

Quamuis geniali toro iũcti eſſent; quia alieniſſimus
redditur animus
Viri & mulieris, quando in Zelotypię morbum
Inciderit; validiſſimæ enim ægritudines ita *im-*
pellunt:
Quapropter illæ maritis ſuis extremum intulerunt
malum
Vna nocte, totamque viduarunt vrbem:
Dum intrepidos animo ſpiritus, & robur ingens
concipiunt.

Ceterum nos ἀμφὶ νέας Θρηΐκας, interpretamur vel, *contra nouales Tharciæ*: quia Lemnus inſula opponitur e regione Thraciæ, inter Thraciam & Macedoniam ſita; vel etiam, *prope nouas thracias*, ſeu *circa nouas thracias*; quoniam inſula Lemni eſt prope, ſeu circa, ſeu contra inſulam Samothraciam; quæ noua Thracia dicitur, quum prius Dardania, & Samos diceretur, & Thracia cognominaretur, vt ex [o] Plinio [p] Maginus obſeruat; vt conſtat etiam tum ex [q] Virgilio, cui

o lib. 4. c. 12.
p Deſcr. Inſ. Aegc.
q 7. Aeneid.

Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.

tum ex [r] Ouidio, apud quem legere licuit,

r l. 1. Triſt.

Inde leui vento Zerynthia littora nacta
Threiiciam tetigit feſſa carina Samon.

V tum

lib. 29 tum ex ſCointho; apud quem legere licuit,

Θρηϊκίης δὲ Σάμοιο πυριθενέες πολῖται
Λημνιάδος δύο παῖδες ἐβακχεύοντο Καβεῖροι.
Ἡφαίστου δὲ τοκῆος ἐρευγομένου πυρὸς ἀτμῷ
Συγγενέας σπινθῆρας ἀνηκόντιζον ὀπωπαί.

Hoc eſt;

Thraciæ vero Sami igne validi incolæ
Lemniadis duo filii bacchantur Caberes:
Vulcani vero patris eructantis ignis vapore
Cognatas ſcintillas eiaculabantur oculi.

Dicitur autem hæc inſula prope Lemnum Samos Thracia, ad alterius inſulæ differentiã, quæ Samos item apellatur, ſed non eſt in regione Thraciæ, verum procul ab ea inter Icariam & Oram *Aſiæ* ſitum habens, quæ fuit *Pythagoræ*, Sybillæque Samiæ patria; & nunc *Samo* dicitur longe procul a Lemno degens: quum hæc Samos Thraciȩ nunc dicatur Samandrachi; & ab illa denominationem ſortita ſit, vt conteſtatur t *Pauſanias* in hæc
t in Achaicis verba: *Genus Procles ducebat ab Ione Xuthi filio: Huius filio Leogoro, quum Patri in Samiorum regnum ſucceſſiſſet, bellum intulerunt Epheſij duce Androclo, & prælio quidem victos extra inſulam Samios expulerunt, crimini illud dantes, quod cum Caribus de bello Ionibus inferendo conſilia agitaſſent: Profugorum e Samo pars in Thraciæ inſulam, quæ olim Dardania, poſt ab ipſis eſt Samothrace nuncupata, coloniam duxere.* Quam

noſter

noſter autor hic nouas Thracias appellat; & certe de hac Samothracia Lemno proxima, ſub nomine inſulæ Neæ locutus eſt tum[a] Stephanus inquiens, Νέαι, Νῆσος πλησίον Λήμνου, ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐνήχθη ὑπὸ ὕδρου. ideſt, *Neæ, inſula prope Lemnum, in qua Philoctetes ſecundum aliquos demorſus eſt a ſerpente:* tum Suidas aſſerens *Neæ inſula prope Lemnum, a uerbo* νέω, *ideſt, nato: Ad quam, ut aiunt, Hercules adnatauit; In qua* (Lemnum intellige, non illi proximam Neam) *ut quidam tradunt, Philoctetes ab hydro morſus fuit:* Vt hac ratione Lemnus inſula, prope Samum Thraciam ſita, Magino, & damnatæ memoriæ[x] Munſtero ſit circa Nouales Thraciæ, ac prope Nouas Thracias. Recte vero Lemnus dicitur contra Samum, quia eſt inſula media inter Naxum, & Samum; vt conſtat ex[§] Papinio, cui

[a] l. de urbib.

[x] l. 4. coſmogr.

[§] 1. Achilleid. init.

Iamque per ægeos ibat Laertia fluctus
Puppis: & innumeræ mutabant cycladas auræ
Iam Paros, Clearosq; latent, iam raditur alta
Lemnos, & a tergo decreſcit Bacchica Naxos,
Ante oculos creſcente Samo. . . .

. . . . ὃν χέδοθεν Μυρίνης.

hoc eſt,

. . . . *Quam prope Myrinam.*

De Ara loquitur prope Myrinam conſtru-

